










# SYLLOGE EPIGRAPHICA

## ORBIS ROMANI

CURA ET STUDIO **HECTORIS DE RUGGIERO** EDITA


**Volumen II.**


INSCRIPTIONES ITALIAE CONTINENS

EDIDIT

**DANTES VAGLIERI**

FASC. I.



ROMAE

SUMPTIBUS FR. M. PASANISI

*Via Principe Umberto, 133*

1892.

***LIPSIAE - APUD***

# SIGNA ET COMPENDIA

Signa, quibus usi sumus, sunt solita. Unci quadrati partem quae desideratur ind cant; unci rotundi complementa litterarum singularium. Signa!!!!! indicant vocabu erasa; ,,;.'' vocabula quae non excipiuntur; | versuum divisionem indicant; in carm nibus litterae grandes principium versuum. Quum numerus versuum maior est qua decem notavimus. Originem inscriptionum certam aut etiam probabilem semper sul scripsimus. Quaestiones, quae ad lectionem spectant, raro attulimus: lectione, quae i *Corpore* firmata est, et supplementis clarorum ipsius editorum aut usi sumus aut recessimus, in notis indicavimus.

Libros, qui in manibus omnium cultorum antiquitatum sunt nudo nomine aucto ris citavimus: hi sunt praesertim:

Mommsen, *Röm. Staatsrecht.* Vol. I, II (ed. tertia). Vol. III — Lipsiae, Hirz

Marquardt, *Röm. Staatsverwaltung.* Editio altera. Vol. I: *Die Organisatio des röm. Reichs.* — Vol. II: *Das Finanzwesen* (cur. Dessau). *Das Militärwes* (cur. Domaszewski). — Vol. III: *Das Sacralwesen* (cur. Wissowa). — Lipsia Hirzel.

Preller, *Röm. Mythologie.* Ed. altera (cur. Jordan) — Berolini, Weidmann.

Roescher, *Lexikon der Mythologie.* Vol. I, II — Lipsiae, Teubner.

De Ruggiero, *Dizionario epigrafico.* Vol. I, II — Romae, Pasqualucci.

# INSCRIPTIONES REGIONIS ITALIAE PRIMAE

## *a*) LATII VETERIS [1]

### I. — **Inscriptiones Sacrae.**

**1.** (C. I p. 311) *FASTI PRAENESTINI.*

Hemerologium hoc repertum est Praeneste, ubi stetisse videtur in campo ad hemicyclium eo loco, qui nunc *le Quadrelle* dicitur. Fastos Praenestinos Verrius Flaccus grammaticus ordinavit et marmoreo parieti incisos publicavit: de ratione, quae inter eos et fastos publicos populi Romani intercedit, ea doctrina, diligentia, acie, qua solet, tractavit Mommsen (C. I p. 361). Eius supplementa adscripsimus, eiusque commentariis usi sumus. — Literae primae octo A B C D E F G H ab initio anni ad extremum usque aequabiliter decurrentes sunt literae nundinales, id est dies singulos indicantes a proximis nundinis ad proximas quasque decurrentes (Mommsen, *Chronol.*, p. 253; Huschke, p. 288). De calendis v. ad 1 Ian., de diebus fastis nefastisque ad 2 Ian., de diebus comitialibus ad 3 Ian. De quaestionibus, quae ad caleudarium Romanorum spectant, haud omnino viri docti inter se consentiunt: praeter Mommsenum (*Comm. ad fastos*, C. I p. 361 sqq.; *Die röm. Chronologie* 2), Huschke (*Das alte römische Jahr*), alios, v. Soltau *röm. Chronologie*, Friburgi, 1889); cfr. Unger, *Zeitrechnung* in Müller, *Handbuch der kl. Altert.* I.

***Mensis Ianuarius.***

.... [*appellat*]ur in Latio ([a]) | .... [*sacrific*]at libo quod | [*Ianual vocatur*] ([b]).

[1 Ian.] — [A. — K(ALENDAE) IAN(UARIAE.) — F(AS). — *Aescu*]lapio Vediovi in insula ([c]). —Hae et | [*cete*]rae calendae appellantur, quia | [*pri*]mus is dies est, quos pont[*i*]fex minor quo|[*ris*] mense ad nonas sin[*gulas edicit*|*in Capi*]tolio in curia cala[*bra* ([d]). — *Ann*]us no|[*vus incipit*] quia eo die mag(istratus) ineunt, quod coepit | [*p*(*ost*) *R*(*omam*)] c(onditam) a(nno sexcentesimo primo) ([e]).

[2.] — [B. — III. — F(AS). — *Hic dies fastus est. Fasti dies appe*]llantur, quod iis licet fari apud | [*praetorem ut nefasti, quibus certi*]s verbis lege agi non potest ([f]). Idem | [*religiosus est, ut sunt dies pos*]tridie omnis calendas, quod iis | [*sacrificium non fit*] ([g]).

[3.] — [C. — III]. — C(OMITIALIS). — [*Comitiales dies appellantur, cum popu*l]us coire convocare cogi potest | ac lege ag[*i item licet*].... ([h]) | quem lege.... | lege agi non.... |

[4.] — D. — PR(IDIE). — C(OMITIALIS).

[5.] — [E. — NON(AE). — F(AS).]

[6]. — F. — [VIII. — F(AS). — *Hic*] dies [*religiosus est, ut sunt postridie omnes nonas, ob eandem*] | caussa[*m quod postridie omnes calendas*] ([i]).

[7.] — G. — [VII.] — C(OMITIALIS). — Imp(erator) Caesar Augustu[*s primum fasces sumpsit*] | Hirtio et Pansa [*co*(*n*)*s*(*ulibus*) ([k]). ....] | (septem)vir epul(onum) creatus [*est.... co*(*n*)*s*(*ulibus*)] ([l]).

[8.] — H. — VI. — C(OMITIALIS). —

(1) Inscriptiones Latii veteris latinas edidit Dessau in vol. XIV *Corporis* (Berolini, 1887), cum additamentis in *Ephem. Epigr.* 7 p. 355-383, graecas Kaibel (*Inscriptiones graecae Italiae*, etc.); quae postea repertae sunt, in lucem prodierunt in *Notizie degli scavi*. — De finibus Latii veteris et adiecti v. Mommsen C. X p. 498. — Prior numerus noster est, posterior *Corporis*.

Signum Iustitiae Augus[*tae dedicatum Planco?*] | et Silio co(n)s(ulibus) (m).

[9.] — A. — V. — AGON(IA) (n). — Agonia.... | aut quia....

[10.]—B.—IIII. — EN.(=*intercisum*). — Haec nota signif[*icat diem intercisum nam endo olim*] | pro in ponebatur. [*Die interciso nefas est mane ante*] | quam hostia inmol[*etur et post exta porrecta rursus*] | nefas fit. Itaque sa[*epe responsum est medio tempore*] | licere agi (o). — Ti(berius) Caesa[*r*].... (p).

[11.]— C. — III. — KARM(ENTALIA). — [*Feriae Carmenti.... quae partus curat omniaque*] | futura; ob quam ca[*usam in aede eius caretur ab scorteis omnique*] | omine morticino. — D[*ebellavit imp(erator) Caes(ar) Augustus; tertium*] | ab Romulo et Ianum c[*lausit se (quintum) et Appuleio co(n)s(ulibus)*] (q).

[12.] — D. — PR(IDIE). — C(OMITIALIS). — Augustus Ti(berium) Caesarem es....

[13.] — E. — EID(US). — NP (r). — Puta.... | id es[*t*].... | non.... | al.... | Corona quern[*a uti super ianuam domus imp(eratoris) Caesaris*] | Augusti pone-r[*etur senatus decrevit quod rem publicam*] | p(opulo) R(omano) restitui[*t*] (s).

[14.] — F. — XIX. — EN (= *intercisum*). — Vitiosus ex s(enatus) [*c(onsulto) eo, quod die postridie idus sacrificium non fit ob*] eandem caussam, q[*uod post*]ridie omnis calendas n[*on fit*] (t).

[15.]—G.—XIIX.—KAR(MENTALIA).— NP. —Feriae Car[*me*]nti ob eandem caus-s[*am, quod*] III Idus. Hic [*d*]ies dicitur institutu[*s ab....*] si Fidenas die eo cepisset (u).

[16.] — H. — XVII. — C(OMITIALIS). — Imp(erator) Caesar [*Augustus est a*]p-pell[*a*]tus, ipso (septimum) et Agrip[*pa (tertium) co(n)s(ulibus)*](v). | —Concordiae Au[*gustae aedis dedicat*]a est P(ublio) Dolabella, C(aio) Silano co(n)s(ulibus) (x). | — Ti(berius) Caesar ex Pan[*nonis et Delmatis triumph*]avit (y).

[17.] — A. — XVI. — C(OMITIALIS). — Pontifices, a[*ugures, (quindecim)viri s(acris) f(aciundis), (septem)*]vir(i) epulonum victumas in[m[*ol*]ant n[*umini Augusti ad aram q*]uam dedicavit Ti(berius) Caesar. | — Fe[*licitati.... quod Ti(berius) Caesar aram*] Aug(usto) patri dicavit (z).

[18.] — B. — XV. — C(OMITIALIS).

[19.] — C. — XIIII. — C(OMITIALIS).

[20.] — D. — XIII. — C(OMITIALIS).

[21.] — E. — XII. — C(OMITIALIS).

[22.] — F. — XI. — C(OMITIALIS).

[23.] — G. — X. — C(OMITIALIS).

[24.] — H. — VIIII. — C(OMITIALIS).

[25.] — A. — VIII. — C(OMITIALIS).

[26.] — B. — VII. — C(OMITIALIS).

[27.] — C. — VI. — C(OMITIALIS). — Aedis [*Castoris et Po*]llucis dedica[t *est*] (z).

[28.] — D. — V. — C(OMITIALIS).

[29.] — E. — IIII. — F(AS) — F[e]riae ex [*s(enatus) c(onsulto) quod eo d*... ab imp(eratore) Caes[*are Augusto p*[on]*t(ifice)*] | maxi[*mo*].... (aa) | marina.... [*Hunc diem et sequentem*] divus Cae[sar] add[*idit ut per eos*] augeretur a[*nnu*...

[30.] — F. — III. — NP. — Feriae [e]x s(enatus) c(onsulto) quo[*d eo*] die ara Pac[is] Augusta[*e in campo*] Martio dedicata [est] Druso et Crispino c[*o(n)s(ulibus)*] ( ).

[31.] — G. — PR(IDIE). — C(OMITIALIS). XXXI (dd).

(a) « Contra Fulvium et Iunium, qui mens[ium] nomina Romanae originis esse arbitrati ad [e]-normam explicarant, « Varro Romanos a Lat[inis] nomina mensium accepisse arbitratus » est (C[en]sorin. 2, 9, cfr. Varr. 6, 33); quod apparet [eo] loco tetigisse Verrium Varronianae doctrinae ubi[que] addictum ». MOMMSEN p. 364, cfr. Huschke p. [ ] Soltau p. 95. — (b) *Ianual libi genus quod I[ano] tantummodo libatur.* Festus ep. p. 104. — ( ) 462 dedicata est aedes Aesculapio in insula, q[uae] tota huic deo sacra erat (Preller, 2[3] p. 240 s[qq.]) De Vediovis aede v. Preller, 1[3] p. 266 et praeser[tim] Jordan in *Comm. in honorem M.* p. 356 — (d) Pontifex minor omnibus *calendis* in C[a]pitolium populum convocabat (*calabat*) eique [in] curia *calabra* edicebat, quot dies a calendis [ad] nonas computandi essent. Cfr. Varro de l. l. [6,] 27: *Primi dies mensium nominati kalendae [ab] eo quod his diebus calantur eius mensis no[nae] a pontificibus, quintanae an septimanae sint [fu]turae, in Capitolio in curia calabra sic:*

*Dies te quinque calo — Iuno covella.*
*Septem dies te calo — Iuno covella.*

Mommsen, *röm. Chronol.* p. 16 sqq. Husch[ke] p. 30 sqq.; Soltau p. 131 sqq. — (e) Qui divers[is] temporibus magistratibus — scilicet curulibus — ineundi dies fuerit v. Mommsen, o. c. p. 80 — de mutatione a. 601 eundem p. 12 sqq. et pr[ae]sertim *Die Rechtsfrage* etc. p. 13 sqq. De die [fe]sto, quo annus novus incipiebat v. Preller 1[3] p. 1[ ]

sqq. — [f] Cfr. Varro 6, 30:.... *dies nefasti, per quos dies nefas fari praetorem* do dico addico *itaque non potest agi, necesse enim aliquo eorum uti verbo, cum lege quid peragitur.* De diebus fastis v. Mommsen, *Chronol.* p. 228 sqq.; Huschke p. 274 sqq.; de nefastis v. Huschke p. 207 sqq.; Soltau p. 113 sqq. — [g] Gell. 4, 9, 5: *Religiosi enim dies dicuntur tristi omine infames impeditique, in quibus et res divinas facere et rem quampiam novam exordiri, temperandum est; quos multitudo imperitorum prave et perperam nefastos appellat.* De diebus religiosis v. Mommsen p. 373. V. contra Huschke p 287. — [h] Cfr. Macrob. sat 1, 16, 14: *Comitiales sunt quibus cum populo agi licet; et fastis quidem lege agi potest, cum populo non potest, comitialibus utrumque potest.* Mommsen p. 368. Huschke p. 274 sqq. — [i] Cfr. ad IIII nonas. — [k] a. 711. — [l] .... « fatendum est ex iis quae in lapide Praenestino supersunt neque cui homini, neque quo anno septemviratus datus sit apparere ». Mommsen. — [m] Res, quae alibi non memoratur, ad a. 766 spectare videtur. Cfr. Mommsen. — [n] Mommsen p. 383. 388. 394. De Ruggiero 1, p. 365. Huschke p 34. 247. 250. — [o] Cfr. Varro 6, 31: *Intercisi dies sunt, per quos mane et vesperi est nefas, medio tempore inter hostiam caesam et exta porrecta fas, a quo, quod fas tum intercedit aut eo est intercisum nefas, intercisum.* Mommsen p. 368; Huschke p. 196 sqq.; Soltau p. 103. — [p] « Dies quo pertineat ignoratur ». Mommsen. — [q] Ad clausionem Iani a. 725 rettulit Mommsen. Cfr. eundem *Res gestae divi Aug.*[2] p. 50 sqq. — [r] De hoc signo v. Mommsen p. 367; Huschke p. 211. 232 sqq.; Marquardt 3[2] p. 291 sqq; Soltau p. 202. 105. — [s] Cfr. Mon. Anc., 6, 14 sqq. C. III p. 798; Mommsen, *Res gestae*[2] pag. 149 sqq. — [t] De diebus vitiosis v. Mommsen p. 373; Huschke p. 287. — [u] De Carmenta v. Preller 1[2] p. 405 sqq. De secundis Carmentalibus eorumque causis, et de nomine eius, qui Fidenas cepit v. Mommsen p. 384; cfr. Huschke p. 34. 198 sq. — [v] a. 727. Cfr. Mommsen, *Res gestae*[2] p. 149. — [x] De hac aede a. 727 u. c. vota, a. 10 p. C. absoluta v. Jordan, *Top.* I, 1 p. 332 sqq.; Richter, *Top.* p. 62. — [y] a. 12 p. Chr. n. — [z] Res alibi non traditur. — [aa] De hac aede v. Jordan, *Top.* I, 2 p. 369 sqq.; Richter, *Top.* p. 68. — [bb] Causa feriarum ignota. Mommsen p. 385. — [cc] a. 745. Cfr. Mommsen ad IV non. Iul, pag. 395 sqq. V. Duhn, *Ann. d. Inst.* 1881 p. 302 sqq. — [dd] Numerus est dierum mensis.

### *Mensis Februarius.*

[5.] — [D.] — Non(ae). — NP. — Concordiae in arce [a]. — Feriae ex s(enatus) c(onsulto), | quod eo die imperator Caesar Augustus, | pontifex maximus, trib(unicia) potest(ate vigesima prima), co(n)s(ul tertium decimum) [b] | a senatu populoque Romano pater patriae | appellatus.

[a] De hac aede, a L. Manlio vota, a. 536 dedicata v. Jordan, *Top.* I, 2 p. 112; Richter, *Top.* p. 90. — [b] a. 752.

### *Mensis Martius.*

Martius ab Latinorum [*Marte appel*-]landi itaque apud | Albanos et plerosque [*po*]pulos Lat[*ii m*]os idem fuit ante | conditam Romam. Ut a[*u*]tem alii cre[*du*]nt quod et [= *ei*] sacra fiunt hoc mense [a].

[1.] — D. — K(alendae) Mart(iae). — NP. — Feriae Marti [b]. — Iun[*o*]ni Lucinae Exquiliis, | quod eo die aedis ei [*dedica*]ta est per matronas, | quam voverat Albin[*ia*].... vel uxor, si puerum | .... [*at*]que ipsa[*m*].... [c].

[2.] — E. — VI. — F(as).

[3.] — F. — V. — C(omitialis). — ....

[4.] — G. — IIII. — C(omitialis). — ....

[5.] — H. — III. — C(omitialis).

[6.] — A. — Pr(idie). — NP. — Fe[*riae ex s(enatus) c(onsulto), quod eo die i*]m(perator) Caesar August(us) pont(ifex) | m[*ax(imus) factus est Quir*]inio et Valgio co(n)s(ulibus) [d]. (Duo)viri | ob [*eam rem inmolant; p*]opulus coronatus feriatus | [*agit*] [e].

[7.] — B. — Non(ae). — [F(as). — *Vedi*]ovi. Artis Vediovis inter duo | lucos [f].

[8.] C. — VIII. — F(as).

[9.] [D. — VII]. — C(omitialis).

[10.] — [E. — VI.] — C(omitialis). — Feriae ex s(enatus) c(onsulto) q(uod) [*e(o) d(ie)*] Ti(berius) Caesar pontifex max(imus) fac(tus) est Druso et | Norbano [*co(n)s(ulibus)*] [g].

. . . . . . . . . . . . . . .

[19.] — [F. — XIIII. — Quin]q(uatrus). [h] — NP. — [*Rectius tamen alii putarunt* | *dictum ab eo quod hic* | *dies est post diem (quintum) idus, quo*]d in Latio post [*idus dies simili fere* | *ratione decli*]narentur [h]. — Artificum dies, | [*quod Minervae*] aedis in Aventino eo die est | [*dedicata* [i]. — *Salii*] faciunt in comitio saltu | [*cum po*]ntificibus et trib(unis) celer(um) [k].

[20.] — [G. — XIII]. — ....

[21.] — H. — [XII]. — ....
[22.] — A. — XI. — ....
[23.] — B. — X. — [TUBIL(USTRIUM) (*c*)].
— NP. — [*Feriae*] Marti. — Hic dies appellatur ita, quod | in atrio sutorio (*m*) tubi lustrantur, | quibus in sacris utuntur (*l*). Lutatius | quidem clavam eam ait esse in ruina Pala[*ti i*]ncensi a Gallis repertam, qua Romulus urbem | inauguraverit (*n*).

[24.] — C. — VIIII. — Q(UANDO) R(EX) C(OMITIAVIT) | F(AS). — Hunc diem plerique perperam | interpretantes putant appellar[*i*], | quod eo die ex comitio fugerit | [*rex; n*]am neque Tarquinius abiit ex comitio | [*urbis*] et alio quoque mense eadem sunt | [*idemque s*]ignificant. Qu[*are comitiis* | *factis iudici*]a fieri indica[*ri iis magis putamus*] (*o*).

[25.] — D. — VIII. — ....
[26.] — E. — VII. — ....
[27.] — [F. — VI]. — ....
[28.] — G. — [V]. — ....
[29.] — H. — [IIII] — ....
[30.] — A. — [III]. — C(OMITIALIS).
[31.] — B. — PR(IDIE). — C(OMITIALIS). — Lunae in Ave[*ntino*] (*p*).
XXXI.

(*a*) V. quae adnotavimus ad appellationem mensis Ianuarii. Cfr. Huschke p. 36 sqq. — (*b*) Cfr. Mommsen p. 387; Preller 1² p. 361 sq. — (*c*) Marquardt 3² p. 371; Jordan, *Top.* 2 p. 251 sqq. « Verrii verba ....... quomodo restituenda sint hodie ignoratur ». MOMMSEN. — (*d*) a. 742. — (*e*) Sacrificium hoc fit Praeneste: duoviri sunt Praenestini. — (*f*) Locus corruptus est: [*I*]ori[*s M*]*artis* proposuit Foggini, [*Ved*]*iori a*[*ed*]*is* Mommsen, [*atra*] *ori* [*in*] *aris* Huschke p. 248. De aede Vediovis inter arcem et Capitolium, inter duos lucos, vide Jordan, *Top.* I, 2 p. 115 sqq. — (*g*) a. p. Chr. 15. — (*h*) Mommsen p. 389; Huschke p. 355. — (*i*) De hac aede v. Mommsen l. c.; Jordan *Eph. Epigr.* 1 p. 237. — (*k*) Huschke p. 355 proponit [*Sali V*] *faciunt in comitio saltu*[*s sacrificantibus po*]*ntificibus et trib. celer.* De saltatione saliorum v. praeter Mommsenum, Preller 1² p. 363 sqq. — (*l*) Mommsen p. 389; Huschke p. 171; Preller 1² p. 293. 294. 342. 361; Marquardt 3² p. 135 sqq. — (*m*) Fuchs in De Ruggiero, *Dizionario*, 1 pag. 761 sqq. — (*n*) Mommsen l. c. — (*o*) Cfr. Varro 6, 31: *Dies qui notatur sic*, « quando rex comitiavit, fas » *sic dictus ab eo quod eo die rex sacrificiolus it ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas: itaque post id tempus lege actum saepe*, Mommsen p. 307; Huschke p. 162 sqq; Marquardt 3² p. 223; Soltau p. 104. — (*p*) De hac aede v. Preller 1² p. 319 sqq.; Richter, *Top.* p. 132.

***Mensis Aprilis.***

[*Aprilis a*] Venere, quod ea cum [*M*... *iungitur, mater Aene*]ae, regis | [*La*... *r*]um a quo p(opulus) R(omanus) ... e[*st.... ho*]c m[*e*]nse, quia | fruges, fl... animaliaque ac maria et terrae aperi... tur (*a*).

[1.] — C. — K(ALENDAE) [A]PR(I... — F(AS). — Frequenter mulieres s... plicant | Fortunae virili humiliores eti... in baliniis, quod in iis ea parte cor... r[*is*] | utique viri nudantur, quae f... narum | gratia desideratur (*b*).

[2.] — [D. — IIII]. — F(AS).
[3.] — [E]. — III. — C(OMITIALIS...
[4.] — [F]. — PR(IDIE). — C(OMITIALIS). — Ludi M(atri) d(eum) m(agnae) I(daeae). Megalensia vocantur, quod dea | Megale appellatur. Nobilium m... tationes cenarum | solitae sunt freque... ter fieri (*c*), quod Mater magna | ex li... Sibullinis arcessita locum mutavit ... Phrygia | Romam (*d*).

[5.] — F. — NON(AE). — N(EFAS). — Ludi Fortunae publicae citerio[*ri*] ... colle (*e*).

[6.] — H. — VIII. — NP. — Ludi. — F(eriae), q(uod) e(o) d(ie) C(aius) Cae... C(ai) f(ilius) in Africa regem [*Iuba*... v[*icit*] (*f*).

. . . . . . . . . . . . . . .

[9.] — [C. — V. — .... — *Hoc bi*... *sacrific*]ium maximu[*m*] Fortunae pri... g(eniae); utro eorum die | oraclum pa... (duo)viri vitulum (unum) (*g*).

[10.] — D. — [IIII. — N(EFAS)]. — Ludi in circo (*h*). — M(atri) d(eum) m(agnae) I(deae) in Pal[*atio*], quod eo die aedis... dedicata est (*i*).

[11.] — E. — [III]. — N(EFAS). — .
[12.] — F. — P(RIDIE). — N(EFAS... — .... fructus (*k*).
[13.] — G. — EID(US). — .... ri.
[14.] — — H. — XIIX. — N(EFAS... — .... o.
[15.] — — A. — XVII. — FO[RDICIDIA)] (*l*).
[16.] — B. — XVI. — N(EFAS). — Ludi.... (*m*) | com....
[17.] — C. — XV. — N(EFAS). — Lu[*di*] (*m*).

[18.] — D. — XIIII. — N(EFAS). — Lu[di] (m).

[19.] — E. — XIII. — CE[R(IALIA) (n).]. — ....

[20.] — F. — XII. — N(EFAS). — .... i.

[21.] — G. — XI. — PA[R(ILIA). — .... — est.... | dae. Qu[are | autem hoc die .... per] ignes tran[siliant].... | principio an[ni pastoricii].... | redigitur (o). .... i.

[22.] — H. — X. — N(EFAS).

[23.] — A. — VIIII. — VIN(ALIA). — F(AS). — Io[vi].... | m.... ded.... [Vini omnis novi libamentum Iovi] | consecratum [est, cum Latini bello preme]|rentur ab Rutulis, quia Mezentius, rex Etru[sco]rum, | paciscebatur, si subsidio venisset, omnium annorum | vini fructum (p). — Sig(num) divo Augusto patri ad theatrum Mar[celli] | Iulia Augusta et Ti(berius) Augustus dedicarunt (q).

[24.] — B. — VIII. — C(OMITIALIS). — Ti(berius) Caesar togam virilem sumpsit imp(eratore) Caesare (septimum), M(arco) Agripp[a] | (tertium) co(n)s(ulibus) (r).

[25.] — C. — VII. — ROB(IGALIA). — NP. — Feriae Robigo via Claudia ad milliarium | (quintum), ne robigo frumentis noceat (s). Sacrificium | et ludi cursoribus maioribus minoribusq[ue] | fiunt (t). Festus et puerorum lenoniorum, | quia proximus superior meretricum est (u).

[26.] — D. — VI. — F(AS). — Hunc diem divus Caesar addidit.

[27.] — E. — V. — C(OMITIALIS).

[28.] — F. — IIII. — NP. — Ludi Florae (v). — Feriae ex s(enatus) c(onsulto), quod eo di[e aedicul]a et [ara] | Vestae in domo imp(eratoris) Caesaris Augu[sti, po]ntif(icis) ma[x(imi),] | dedicatast Quirinio et Valgio co(n)s(ulibus) (x). — Eodem | die aedis Florae, quae rebus florescendis praeest, | dedicata est propter sterilitatem frugum (v).

[29.] — G. — III. — C(OMITIALIS). — Ludi (v).

[30.] — H. — PR(IDIE). — C(OMITIALIS). — Ludi (v). ..

XXX.

(a) Mommsen p. 364; Huschke p. 219; Soltau p. 96. — (b) « Praenestinus.... quadratarius sententiam corrupit verbis quibusdam omissis; nam scripserit Verrius necesse est ita fere: *frequenter mulieres supplicant honestiores Veneri verticordiae, Fortunae humiliores*, etc. » MOMMSEN. — (c) De ludis Megalensibus et de mutitationibus coenarum v. Preller 2³ p. 60. — (d) Preller 2³ p. 54 sqq. — (e) Richter, *Top.* p. 182. — (f) a. 708. — (g) Fortuna est Praenestina, de qua vide infra; item Praenestini sunt duoviri qui vitulum sacrificant ea die, qua oraculum omnibus patet Preller 2³ p. 189 sqq. — (h) Ludi sunt Megalesiaci, de quibus vide n. *c*. — (i) De hac aede v. Richter, *Top.* p. 102. — (k) Cum hic dies primus ludorum Cerialium sit, vocabulum *fructus*, quod unum mansit, his referendum est. — (l) Fordicidia dicta sunt a bubus fordis, id est gravidis, Telluri ea die immolandis. Preller 2³ p. 6 sqq. — (m) Ludi sunt Ceriales, cfr. n. *k*. *n* — (n) Preller 2³ p. 40 sqq. Hic dies, feriis Cereris dedicatus, ultimus erat ludorum. — (o) De his feriis, de Pale, dea pabuli, de consuetudine ter per stipulas accensas transiliendi v. Preller 1³ p. 413 sqq.; Marquardt 3² p. 207 sq. — (p) De Vinalibus his prioribus, degustandis vinis anni praecedentis institutis, v. Marquardt 3² p. 333 sq.; Huschke p. 206. 220. Vinalia altera sive rustica XIV K. Sept. celebrabantur. « Turnus rex Rutulorum dicitur a Latinis victus a Mezentio rege Caeritum auxilium petiisse et obtinuisse pactis in futurum primitiis vini cum ex agro ipsorum Rutulorum tum ex Latino coniunctis utrorumque copiis subigendo. Quo audito Aeneam eas primitias Iovi potius vovisse potioremque fuisse in pugna deum quam regem ». MOMMSEN. — (q) a. p. C. 22. Cfr. C. VI 2028 c. 24: *a(nte) d(iem) VIII k(alendas) Maias....* [*ad theatrum M*]*arcelli ante simulacrum divi Augusti*. — (r) a. u. c. 727. — (s) Preller 2³ p. 44 sq.; Huschke p. 220; Mommsen p. 392; Marquardt 3² p. 574. — (t) *Cursores maiores et minores* sunt *iuvenes et pueri*. Foggini, *Fastorum* rel. 65. — (u) « Dies festus puerorum lenoniorum alibi non memoratur, cum feriati meretricum Apr. 23 saepius mentionem fieri supra viderimus ». MOMMSEN. — (v) De ludis Floralibus v. Marquardt 3² p. 378. 502; Preller 1³ p. 151. 431 sq. De aede ad circum Maximum a. u. c. 514 vel 516 aedificata v. Jordan, *Top.* 2 p. 422. — (x) A. u. c. 742. Cfr. Becker *Top.* p. 236.

***Mensis Decembris.***

. . . . . . . . . . . . . .

[8.] — F. — VI. — C(OMITIALIS). — ....

[9.] — G. — V. — C(OMITIALIS)....

[10.] — H. — IV. — C(OMITIALIS). — Tr(ibuni) [*plebis magistratum ineunt*].

[11.] — A. — III. — AG[ON(IA)](a). — ....

[12.] — B. — PR(IDIE). — EN (= *intercisum*). — ....

[13.] — C. — EID(US). — [NP. — *Telluri et Cere*]ri in Carinis (b). Aedi[*les*]....

et lectisternium e lec[*tis.... faciunt, quos*] manceps praestat ([c]).

[14.] — D. — XIX. — F(AS)....

[15.] — E. — XIIX. — CON(SUALIA). — NP. — Feriae Conso. — Equi et [*muli floribus coronantur*] | quod in eius tu[*mulo*].... | itaque rex equo [*rectus*] .... ([d]).

[16.] — F. — XVII. — C(OMITIALIS)....

[17.] — G. — XVI. —....

. . . . . . . . . . . . . . .

[21.] — [C. — XII. — DI]VA(LIA). — NP. — Feriae diva[*e Angeronae, quae ab anginae morbo*] appell[*atur quod remedia eius quondam*] | prae[*cepit. Statuerunt eam ore obligato*] | in ar[*a Volupiae, ut qui no*]sset n[*omen*] | occul[*tum urbis, taceret. S*]unt tamen [*qui* | *fieri id sacru*]m aiunt ob an[*num novum; mani*]festum esse [*enim* | *principiu*]m [*a*]nni nov[*i*] ([e]).

[22.] — [D. — XI. — C(OMITIALIS). — *Laribus perma*]rinis in port[*icu Mi*]nuci[*a*] ([f]).

[23.] — [E. — X. — LA]R(ENTALIA). — NP. — [*Fer*]iae Iovi. — Accae Larentin[*ae parentalia fiunt* (?)]. Hanc alii Remi et Rom[*uli nutricem, alii*] | meretricem, Herculis scortum [*fuisse dic*]unt; | parentari ei publice, quod p(opulum) R(omanum) he[*redem fece*]rit | magnae pecuniae, quam accepe[*rat testame*]nto | Tarutili amatoris sui ([g]).

[24.] — F. — [VIIII]....

[25.] — G. — VIII. — C(OMITIALIS).

[26.] — [H.] — VII. — C(OMITIALIS)....

[27.] — A. — VI. — C(OMITIALIS)....

[28.] — B. — V. — C(OMITIALIS)....

[29.] — C. — IIII. — F(AS)....

[30.] — D. — III. — F(AS). — .... cos.

[31.] — E. — PR(IDIE). — C(OMITIALIS)....

XXXI.

([a]) Cfr. 9 Ian. — ([b]) Richter *Top.* p. 173; Lanciani, *Bull. d. Comm. arch.* 1892 p. 32 sqq. — ([c]) Cfr. Arnob. 7, 32: *lectisternium Cereris erit idibus proximis; habent enim dii lectos atque ut stratis possint mollioribus incubare, pulvinorum tollitur atque incitatur impressio.* Mommsen p. 408. — ([d]) Dio Cass. 1, 33: ἐν ῇ (feriis Consualium) παρὰ Ῥωμαίοις ἐξ ἔθους ἐλινύουσιν ἔργων ἵπποι καὶ ὄρεις καὶ στέφονται τὰς κεφαλὰς ἄνθεσιν. « Quomodo Verrius hunc morem interpretatus sit, ignoramus, quamquam apparet tumulo significari aram sub terra absconditam Consi et in ea re partes aliquas habuisse regem sacrorum ». MOMMSEN pagina 408, cfr. 400 ad 21 Aug. De Conso v. Preller 2[2] p. 23 sqq. — ([e]) De diva Angerona, de natura eius, de explicationibus Verrianis, de supplementis, haud certis, Mommsenianis, v. Mommsen p. 409; Huschke p. 253 sq; Preller 2[2] p. 36; De Ruggiero s. v. Wissowa s. v. in Roscher *Lexicon* — ([f]) Aedes dedicata est a. 575 Mommsen p. 409; Preller 1[2] p. 115. — ([g]) Macrob. sat. 1, 10, 11. Cfr. Mommsen p. 409; Huschke p. 147 sq.; Preller 2[2] p 26 sqq.

Extant hemerologii, praeter frustula minutissima, haec duo fragmenta (C. XIV p. 294 cfr. p. 494):

(*a*).... il subi.... | ....[*so*]lis et lun[*ae*].... .... o Martem.... | ....

(*b*).... o lon.... | .... nis in.... | .... ... siquis.... | .... d.

2. (C. I. p. 300. — XIV n. 2575). *FASTI TUSCULANI.*

[12 *Apr.*] — [F. ([a]) — N(EFAS) ([b]). — *Ludi*] Cer(eri) ( ).

[13.] — [G. — EID(US). — NP.] ([c]). — Ludi ([b]).

[XVIIII] ([c]).

[14.] — [H.] — N(EFAS). — Lud(i) ( ).

[15.] — [A. — FO]R[D(ICIDIA)] ([e]).

([a]) V. *F. Praen.*, praef. — ([b]) V. *F. Praen.*, ad 19 Apr. — ([c]) V. *F. Praen.*, ad 13 Ian. — ([d]) i. e dies ante kalendas Maias. — ([e]) V. *F. Praen.*, ad 15 Apr.

[10 *Mai.*] — B. — C(OMITIALIS).

[11.] — C. — LEM(URIA) ([a]).

[12.] — D. — C(OMITIALIS).

[13.] — E. — LEM(URIA) ([a]).

[14.] — F. — C(OMITIALIS).

[15.] — G. — EID(US). — Merc(urio) ( ). XVII.

[16.] — H. — F(AS).

[17.] — [A.] — C(OMITIALIS).

([a]) Huschke p. 227 sq; Preller 3[2] p. 115 — ([b]) De hac aede, a. u. c. 259 ad circum maximum dedicata v. Richter, *Top.* p. 119.

[8 *Iun.*] — G. — N(EFAS). — Ment[*i*] ( ).

[9.] — H. — VEST(ALIA) ([b]).

[10.] — A. — N(EFAS).

[11.] — B. — MATR(ALIA) ([c]).

[12.] — C. — N(EFAS).

[13.] — D. — EID(US). — Iovi ([d]).

XIIX.

[14.] — E. — F(AS).

[15.] — F. — Q(UANDO) ST(ERCUS) ([e]).

([a]) Aedes a. 539 in Capitolio dedicata. Jordan,

*Top.* I, 2 p. 42; Preller 2² p. 265. — (b) Preller 2² p. 168. — (c) Preller 1² p. 323. — (d) Mommsen p. 395. — (e) Id est: *quando stercus delatum fas.* Cfr. Varro, 6, 32: *Dies qui vocatur « quando stercum delatum fas » ab eo appellatus, quod eo die ex aede Vestae stercus everritur et per Capitolinum clivum in locum defertur certum.* Mommsen p. 367; Huschke p. 188 sqq.; Soltau p. 104.

[11 *Iul.*] — H. — C(OMITIALIS)....
[12.] — A. — C(OMITIALIS). — Lu-*di*] (a).
[13.] — B. — C(OMITIALIS). — In cir[*co*].
[14.] — C. — C(OMITIALIS).
[15.] — D. — EID(US).
XVII.
[16.] — E. — F(AS).
[17.] — F. — C(OMITIALIS).

(a) Ludi sunt Apollinares, De Ruggiero s. v.

[12 *Aug.*] — H. — ....
[13.] — A. — EID(US). — ....
XIX.
[14.] — B. — ....

**3.** (2846). — Esculapio | dictu et factu | Isochrysus (a).

In lamina aenea reperta nel *territorio di Palestrina* (ad Praenestem). — (a) Id est, quod deus Isochryso aegro medicamenta in somno indicavit (*dictu*), eumque sanavit (*factu*).

**4.** (Kaibel 1125). — Ἀσκληπιῷ θ[εῷ] | σωτῆρι | Λ. Μινίκιος Νατᾶλιος, | ὕπατος, ἀνθύπατος Λιβύης, | αὔγουρ, πρεσβευτὴς καὶ | ἀντιστράτηγος Σεβαστοῦ | Μυσίας τῆς κάτω, τὸν ναὸν καὶ τὸν βωμὸν | ἀνέθηκεν [= *Asclepio deo conservatori L(ucius) Minicius Natalis* (a), *consul* (b), *proconsul Lybiae* (c), *augur, legatus Augusti propraetore Moesiae inferioris, aedem et aram posuit*].

Tibure (*Tivoli*). — (a) Redit in lapidibus quos infra edemus — (b) Consul fuit circa a. 127. — (c) *Proconsul Lybiae* loco *Africae* occurrit in inscriptionibus metricis. — *Asclepio* dicatus est titulus C. n. 2493, in agro Tusculano repertus.

**5.** (3533). — Agatho daemoni | (a) sacrum | e v(oto) s(uscepto). — *Ab altera parte:* Ἀγαθῶι δαίμονι.

Tibure (*Tivoli*). — (a) In aliis inscriptionibus latinis non occurrit. Cfr. De Ruggiero s. v.

**6.** (3909). — Aquis Albulis | sanctissimis | Ulpia Athenais, | Glypti Aug(usti) | lib(erti) ab epistu|lis uxor, | libens | d(onum) d(edit).

Aquis Albulis. — Tituli alii *Aquis Albulis* dicati extant in C. n. 3908. 3910. 3912.

**7.** (3911). — Debilis Albuleo steterat qui gurgite Samis, | Articulum medicis ut tenuaret aquis | (Dente quod Aetrusco turgebat saucius, apro | Et Russellano forte solutus erat), | Hinc graciles ubi iam nervi tenuisque cicatrix | Et celer accepto currere coepit ecus, | Dat tibi pro meritis semet de marmore donum | Qua mediam gaudes, Lymfa, subire viam, | Tiburis adversae dominus qua despicit aedem, | Frontibus et pictis Aelia villa videt [10]. |

Aquis Albulis. — Textus constitutus est ab Hauptio et Lachmannio. Commentum nobis Laurenti fecit. — Intellige: *Samis, qui steterat debilis Albuleo gurgite, ut articulum tenuaret aquis medicis, (quod turgebat saucius Aetrusco dente et forte* (a) *solutus erat apro Russellano)* (b), *hinc, ubi iam nervi graciles* (c) [*fuerunt*] *et cicatrix tenuis* (d) [*fuit*] *et equus accepto* (e) *celer currere coepit, dat semet* (f) *tibi donum de marmore, qua, Lympha, gaudes mediam subire viam, qua aedem* [*Lymphae*] *adversae Tiburis dominus* (g) *despicit et Aelia villa* (h) *videt frontibus pictis.* Carmen hoc incisum erat sub effigie marmorea equi Samis, quem, saucium ictu apri Russellani, aquae Albulae sanaverant. Ex opere anaglypho supersunt equi pedes quattuor. — (a) *Forte* etiam ad verba *turgebat saucius* referendum est. — (b) *Apro Russellano* explicat quid sit *dens etruscus.* De Rusellis. Etruriae urbe, v. Bormann, C. XI p. 414. — (c) « *Gracilis* minus est quam *macilentus* (cum de animali est sermo) quia *gracilis* est ille quidem tenuis [cfr. « *tenuaret* aquis »] sed maciem excludit » Forcellini s. v. — (d) Adhuc non spissa. — (e) « ad *accepto* cogitatione supplendum esse sessore » HAUPT. « Accepto pharmaco, remedio, vel beneficio, quae verba etiam cum praecedentibus iungenda sunt » LAURENTI. « *Accepta* a medicis dicuntur absolute quae ab aegrotis sumpta sunt cuiuscumque generis sunt ». Forcellini, quem nobis Laurenti citat. — (f) I. e. effigiem suam. — (g) Intelligi Herculem ait Hauptius. V. infra inscriptiones Herculi sacras cfr. n. 79. — (h) Villa Hadriana.

**8.** (3534). — Attini Aug(usto) | sacrum. | C(aius) Iulius Sp(urii) f(ilius) Iulianus | Proculus, sacerdos | M(atris) D(eum) M(agnae) I(daeae) | ad Aquas Albulas. | d(onum) d(edit).

Tibure (Tivoli). — *Attini* videtur dicatus esse titulus graecus Ostiensis in Kaibel 913.

**9.** (Kaibel 925). — Ἁγνῆς εὐσέμνοιο σπείρης Τραιανησίων οἵδε. | ἱερεῖς ἱέρειά τε θεοῦ μεγάλου Διωνύσου· | Λ(ούκιος) Σούλλιος Λ[ε]ωνίδης καὶ .... | καὶ Ἰουλία Ῥουφεῖνα· ἐπὶ παραστάτῃ (b) Σεκούνδῳ [= *L(ucius) Sullius Leonidas et .... et Iulia Rufina de sancta venerabili spira Traianensium,* (a) *sacerdotes dei magni Bacchi, parastate* (b) *Secundo*].

Ostiae. — (a) *Spira* nomen est collegii mystici religioni potissimum Bacchicae addicti. Haec *spira Traianensium* redit in lapide Ostiensi (C. XIV 4. Dianae dicato. Ἱερὰ σπεῖρη et ἱερεῖς Διονύσου redeunt in lapide urbano Kaibel. 977. Cf. C. VI 261. — (b) Praepositus est collegio.

**10.** (3535). — Antinoo et Beleno par aetas formaque si par, | [C]ur non Antinous sit quoque qui Belenus (a) | .... o Siculus.

Tibure (*Tivoli*). — (a) *Belenus* deus est proprius Aquileiensium: haud saepe alibi nobis occurrit. Lapis extat in Museo Vaticano: iniuria Steuding Roscher, *Myth. Lexikon*) s. v. *Belenus* eum falsum habet.

**11.** (3530). — Bonae deae sanctissimae | Caelesti L(ucius) Paquedius Festus, | redemptor operum Caesar(is) | et puplicorum, aedem diritam | refecit, quod adiutorio eius | rivum aquae Claudiae August(ae) | sub monte Aeflano (a) consummavit (b), imp(eratore) Domit(iano) Caesar(e) Aug(usto) Germ(anico) (quartum decimum) co(n)s(ule), V non(as) Iul(ias) (c).

*S. Gregorio.* — (a) De hoc monte, qui nomen habuit ab Aefula veteris Latii oppido vide quae scribit Dessau ad hanc inscriptionem. — (b) Opera aquaeductus multis redemptoribus locata erant; rivus autem ipse sub monte Aeflano Paquedio nostro faciendus contigit. Quem cum is auspicato ad finem perduxisset, adiuvanti Bonae deae aedem refecit. — (c) a. 88

**12.** (4001). — M. Marciu[s] .... | et Marcia Pri .... | et Marcia Nomas li(b(erta) | eorum | fanum Bona[e D]eae | vetustate di[rut]um | a solo resti[tuerunt].

Ficuleae (*La Cesarina*).

**13.** (2251). — Ex visu, iussu Bonae Deae | sacr(um). | Callistus Rufinae n(ostrae) act(or).

*Albani* sub simulacro muliebri.

**14.** (1). — Litoribus vestris, quoniam certamin[a] laetum | Ex[h]ibuisse iuvat, Castor venerandeque Pollux, | Munera pro tanto faciem certaminis ipsam, | Magna Iovis proles, vestra pro sede locavi Urbanis Catius gaudens me fascibus auctum | Neptunoque patri ludos fecisse Sabinus (a).

Ostiae. — (a) Catius Sabinus, praetor urbanus (*urbanis fascibus auctus*, Mommsen, *Staatsr.* 2² p. 1031 n. 4) ludos Castorum celebraverat, quorum magistratus urbanos Ostiae ad tranquillitatem impetrandam auctores fuisse scimus. Ad aedem Castorum imaginem ludorum collocavit, gaudens praetura sua et ludis Castoribus Neptunoque a se factis. Catius Sabinus consul iter. fuit a. 216.

**15.** (2576). — Casto(ribus) Quintus [F](avius) | Balbus | co(n)s(ul) (a).

Tusculi (prope *Frascati*). — (a) Consulatus eius ignotus: nota est legatio Arabiae (C. III 97

**16.** (2). — Monitu sanctissimae Cereris et Nympharum hic puteus factus omni sumptu || C(ai) Caecili Onesimi patro(ni) et q(uin)q(uennalis) p(er)p(etui) corporis) m(ensorum) adiutor(um), et L(uci) Hortensi Galli, | q(uin)q(uennalis) nauticariorum, | et N(umerii) Treboni Eutychetis q(uin)q(uennalis) (iterum) acceptorum (a). Ded(icatus) X Kal(endas) sept(embris) Laterano et Rufino | co(n)s(ulibus) (b).

Ostiae. — (a) Dessau opinatur, et adiutores et nauticarios et acceptores fortasse decurias fuisse corporis mensorum frumentariorum. — (b) a. p. Ch. 197.

**17.** (NS. 1890 p. 218). — Si deo si deai (a) | Florianus rex (b).

Lanuvii (*Civita Lavinia*). — (a) Preller I p. 61. — (b) I. e. *rex sacrorum*, qui in aliis titulis redit, quos infra edemus. — *Sei deus sei dea* occurrit in lapide Tiburtino C. n. 3572

**18.** (2086). — Deum dearum M(arcus) Aurelius Alexsa[n]der dedicavit.

Lanuvii (*Civita Lavinia*).

**19.** (3). — Deo patrio (a) | Cn(aeus) Turpilius | Cn(aei) f(ilius) Turpili[anus aedil[is] et | pr(aetor) sac(ris) Volk(ani) fac(iundis) (b) sigill(um) Volkani | ex voto posuit. | Arg(enti) p(ondo quindecim) scr(i)p(tula novem).

Ostiae. — (a) Sub nomine *Dei patrii* in lapide a viro Ostiensi dedicato *genius coloniae* vel *Volcanus* celebrari videtur. — (b) De *aedilibus et*

*praetoribus* his, qui Ostiae tantum occurrunt v. De Ruggiero 1 p. 270. — *Diis patriis* sacer est lapis Portuensis graecus, Kaibel n. 924.

**20.** (Kaibel 926). — Ἀγα[θ]ῇ τύχῃ. | Αὐτοκράτορα Καίσαρα | Μ. Ἀντώνιον | Γορδιανὸν Εὐσεβῆ | Εὐτυχῆ Σεβαστὸν | τὸν θεοφιλέστατον | κοσμοκράτορα ἡ πόλις | ἡ τῶν Γαζαίων (a), ἱερὰ καὶ | ἄσυλος καὶ αὐτόνομος, | πιστὴ [καὶ] εὐσεβής, λαμπρὰ | καὶ μεγάλη, ἐξ ἐνκ[ε]λ[ε]ύσεως (b) (?) | τοῦ πατρίου θεοῦ (c), | τὸν ἑαυτῆς εὐεργέτην | διὰ Τιβ. Κλ(αυδίου) Παπειρίου | ἐπιμελητοῦ τοῦ ἱεροῦ |= *Bonae Fortunae. Imperatori Caesari M(arco) Antonio Gordiano Pio Felici Augusto, diis carissimo, rectori orbis, urbs Gazaeorum et sacra et asylos et autonomos, fidelis et pia, splendida et magna, ex iussu dei patrii, pro meritis erga se per Tib(erium) Cl(audium) Papirium curatorem fani*].

In Portu. — (a) Urbs Palaestinae, quae aliquandiu colonia fuit (Lebas-Wadd. 1906). Etiam in nummis dicitur ἱερὰ καὶ ἄσυλος (Head, *Hist. Num.* p. 680) propter cultum dei Marnae. De urbibus *sacris*, id est numini cuipiam consacratis, et *asylis*, id est quas religio ab hostium incursu tutas praestabat, v. Eckhel *D. n.* 4 p. 306 sqq., collato Tacito (*ann.* 3, 60 sqq.): frequentes erant in Asia, praesertim in Cilicia et Syria. De urbibus αὐτονόμοις v. Eckhel *D. n.* 4 p. 263; Mommsen 3 p. 658 sq., 686 sqq.; Marquardt, 1² p. 78 sqq. — (b) Supplevit Wesseling. — (c) id est Marnas deus

**21.** (2156). — Dianae Aug(ustae) | colleg(ii) lotor(um) (a) | sacr(um). Primigenius, r(ei) p(ublicae) | Aricinorum ser(vus) arc(arius). | curator (iterum) (b), cum | M(arco) Arrecino Gelliano | filio, curatore (primum) (b), | d(onum) d(edit).

Ariciae (*Ariccia*). — (a) i. e. tutatrici. —(b) i. e. collegii lotorum.

**22.** (Kaibel 1124). — *a.* Τῇ κυρίᾳ Ἀρτέμι[δι] εὐχὴν ἐποίησεν Παккία Λουκί[ου] θυγάτηρ Σεκον|δεῖνα ὑπὲρ αὑτῆς | καὶ Ποστουμίλλης | θυγατρός. [= *Dianae dominae votum nuncupavit Paccia L(ucii) f(ilia) Secundina pro se et filia Postumilla*]. — *b.* Τῇ κυρίᾳ | Ἀρτέμιδι εὐχὴν | ἐποίησεν Πακκία | Σεκονδεῖνα ὑπὲρ | σωτηρίας Μάρκου | καὶ Φαδίλλης. [= *Dianae dominae votum nuncupavit Paccia Secundina pro salute Marci et Fadillae*].

Tibure (*Tivoli*). — « Altera dedicatio facta pro Marco Aurelio Antonino et Fadilla eius filia, eo fortasse tempore quo Fadilla aegrotabat (cfr. vit. Avidii Cassii, 10) » Kaibel.

**23.** (2213). — Dianae | Nemore(n)si (a), Vestae | sacrum. Dict(atore) (b) | imp(eratore) Nerva Traiano Aug(usto) | Germanico (tertium) co(n)s(ule) (c), praef(ecto) (b) | eius T(ito) Voltedio Mamiliano, | quaestorib(us) (b) | L(ucio) Caecilio Urso (iterum), M(arco) Lucretio | Sabino (iterum), aedilib(us) (b) Q(uinto) Vibenna Quieto, | Ti(berio) Claudio Magno, | P(ublius) Cornelius Trophimus, pistor | Romaniensis ex reg(ione) XIIII, idem cur(ator) | vici Quadrati (d) et Lania C(ai) f(ilia) Thionoe coniux | eius votum libens solverunt [11].

In nemore Dianae (*Nemi*). — (a) De cultu Dianae Aricinae, de nemore fanoque ei sacris, quae inter nobilissima erant Latii v. Preller, 1³ p. 313 sqq.; Dessau p. 204. Praeter inscriptiones, quae sequuntur n. 26-30, fuerunt sacrae Dianae Nemorensi aliae eodem loco repertae: C. n. 2212 (quae etiam urbana esse potest). 4182. 4184 *a* (*in vasculo*). 4185 (*sub herma bicipite*). 4186 (*in manubrio cochlearis*). 4188. 4189. 4271 (*in calice aeneo*). EE. 7, 1238. 1239. 1240. Fragmenta tabulae, quae ad aediculam Dianae quamdam spectat, v. C. n. 4184. — (b) Dictator, praefectus ipsius absentis, quaestores, aediles sunt reipublicae Aricinae magistratus, cuius finibus comprehendebatur nemus sacrum: « notabile est aediles postponi quaestoribus » Dessau. — (c) a. 100. — (d) vicus Quadrati regionis XIIII urbanae redit in basi Capitolina C. VI 975. *Curator vici* urbani tantum in hoc lapide occurrit: inscriptionem, quae *magistrum vici* nominat, infra edemus.

**24.** (4183). — M. Servilius Quartus alam (a) expolit et.... | et quae intus posita sunt Dia[*nae*]....

In nemore Dianae (*Nemi*). In pavimento operis musivi alicuius cellae.

**25.** (4182 *a*). — Diana | M. Livio M. f. | praitor dedit.

In nemore Dianae (*Nemi*). — Inscriptio priscae aetatis. Id est: *Dianae M(arcus) Livius M(arci) f(ilius) praetor dedit.* « Quis ex Marcis Liviis saeculi ab u. c. VI — nam huius aetatis videtur esse titulus — significetur, incertum est ». Dessau. « Potest fuisse praetor Aricinus » Mommsen.

**9.** (Kaibel 925). — Ἁγνῆς εὐσέμνοιο σπείρης Τραιανησίων οἵδε, | ἱερεῖς ἱέρειά τε θεοῦ μεγάλου Διωνύσου· | Λ(ούκιος) Σούλλιος Λ[ε]ωνίδης καὶ .... | καὶ Ἰουλία Ῥουφεῖνα· ἐπὶ παραστάτῃ (b) Σεκούνδῳ [= *L(ucius) Sallius Leonidas et .... et Iulia Rufina de sancta venerabili spira Traianensium,* (a) *sacerdotes dei magni Bacchi, parastate* (b) *Secundo*].

Ostiae. — (a) *Spira* nomen est collegii mystici religioni potissimum Bacchicae addicti. Haec *spira Traianensium* redit in lapide Ostiensi C. XIV 4, Dianae dicato. Ἱερὰ σπεῖρη et ἱερεῖς Διονύσου redeunt in lapide urbano Kaibel. 977. Cf. C. VI 261. — (b) Praepositus est collegio.

**10.** (3535). — Antinoo et Beleno par aetas formaque si par, | [C]ur non Antinous sit quoque qui Belenus (a) | .... o Siculus.

Tibure (*Tivoli*). — (a) *Belenus* deus est proprius Aquileiensium: haud saepe alibi nobis occurrit. Lapis extat in Museo Vaticano: iniuria Steuding Roscher, *Myth. Lexikon* s. v. *Belenus* eum falsum habet.

**11.** (3530). — Bonae deae sanctissimae Caelesti L(ucius) Paquedius Festus, | redemptor operum Caesar(is) | et puplicorum, aedem diritam | refecit, quod adiutorio eius | rivom aquae Claudiae August(ae) | sub monte Aeflano (a) consumma(vit) (b), imp(eratore) Domit(iano) Caesar(e) Aug(usto) Germ(anico) (quartum decimum) co(n)s(ule), V non(as) Iul(ias) (c).

*S. Gregorio.* — (a) De hoc monte, qui nomen habuit ab Aefula veteris Latii oppido vide quae scribit Dessau ad hanc inscriptionem. — (b) Opera aquaeductus multis redemptoribus locata erant: rivus autem ipse sub monte Aeflano Paquedio nostro faciendus contigit. Quem cum is auspicato ad finem perduxisset, adiuvanti Bonae deae aedem refecit. — (c) a. 88.

**12.** (4001). — M. Marciu*s* .... | et Marcia Pri .... | et Marcia Nonas li(b)erta) | eorum | fanum Bona[*e D*]eae vetustate di[*rut*]um a solo resti[*tuerunt*].

Ficuleae (*La Cesarina*).

**13.** (2251). — Ex visu, iussu Bonae Deae | sacr(um). | Callistus Rufinae n(ostrae) act(o)r).

*Albani* sub simulacro muliebri

**14.** (1). — Litoribus vestris, quoniam certamin*a* laetum | Ex[*h*]ibuisse iuvat, Castor venerandeque Pollux, | Mun[eris] pro tanto faciem certaminis ipsam, | Ma[g]na Iovis proles, vestra pro sede locavi. | Urbanis Catius gaudens me fascibus a[uc]tum | Neptunoque patri ludos fecisse S[a]binus (a).

Ostiae. — (a) Catius Sabinus, praetor urbanus (*urbanis fascibus auctus*, Mommsen, *St. R.* 2² p. 1031 n. 4) ludos Castorum celebravit, quorum magistratus urbanos Ostiae ad tran[quil]litatem impetrandam auctores fuisse scimus. Ante aedem Castorum imaginem ludorum collocavit gaudens praetura sua et ludis Castoribus Neptunoque a se factis. Catius Sabinus consul i[ter]um fuit a. 216.

**15.** (2576). — Casto(ribus) Q(uintus) ... [F]l(avius) | Balbus | co(n)s(ul) (a).

Tusculi (prope *Frascati*). — (a) Consulatus eius ignotus: nota est legatio Arabiae C. III 9..

**16.** (2). — Monitu sanctissimae Cereris et Nympharum hic puteus fact(us) omni sumptu || C(ai) Caecili Onesimi pa- tro(ni) et q(uin)q(uennalis) p(er)p(etui) c(or)poris) m(ensorum) adiutor(um), et L(uci) Hortensi Galli, q(uin)q(uennalis) nauticariorum, et N(umerii) Treboni Eutychetis q(uin)q(uennalis) (iterum) acceptorum (a). Ded(icatus) X Kal(endas) sept(embris) Laterano et Rufino | co(n)s(ulibus) (b).

Ostiae. — (a) Dessau opinatur, et adiutores et nauticarios et acceptores fortasse decurias esse corporis mensorum frumentariorum. — (b) a. p. Ch. 197.

**17.** (NS. 1890 p. 218). — Si deo s(ei) deai (a) | Florianus rex (b).

Lanuvii (*Civita Lavinia*). — (a) Preller ... p. 61. — (b) I. e. *rex sacrorum*, qui in a... titulis redit, quos infra edemus. — *Sei deus sei dea* occurrit in lapide Tiburtino C. n. 3572.

**18.** (2086). — Deum dearum M(arcus) ... Aurelius Alexsa[*n*]der dedicavit.

Lanuvii (*Civita Lavinia*).

**19.** (3). — Deo patrio (a) Cn(aeus) Turpilius | Cn(aei) f(ilius) Turpili anus aedil(is) et praetor sac(ris) Volk(ani) fac(iundis), (et) sigill(um) Volkani | ex voto posuit. | Ar(genti) pondo (quindecim) scr(i)p(tu)la (no)vem.

Ostiae. — (a) Sub nomine *Dei patrii* in lapide a viro Ostiensi dedicato *genius coloniae* vel *V[ol]canus* celebrari videtur. — (b) De *aedilibus* et

*praetoribus* his, qui Ostiae tantum occurrunt v. De Ruggiero 1 p. 270. — *Diis patriis* sacer est lapis Portuensis graecus, Kaibel n. 924.

**20.** (Kaibel 926). — Ἀγα[θ]ῇ τύχῃ. | Αὐτοκράτορα Καίσαρα | Μ. Ἀντώνιον | Γορδιανὸν Εὐσεβῆ | Εὐτυχῆ Σεβαστὸν | τὸν θεοφιλέστατον | κοσμοκράτορα ἡ πόλις | ἡ τῶν Γαζαίων (a), ἱερὰ καὶ | ἄσυλος καὶ αὐτόνομος, | πιστὴ [καὶ] εὐσεβής, λαμπρὰ | καὶ μεγάλη, ἐξ ἐνκ[ε]λ[ε]ύσεως (b) (?) | τοῦ πατρίου θεοῦ (c), | τὸν ἑαυτῆς εὐεργέτην | διὰ Τιβ. Κλ(αυδίου) Παπειρίου | ἐπιμελητοῦ τοῦ ἱεροῦ |= *Bonae Fortunae. Imperatori Caesari M(arco) Antonio Gordiano Pio Felici Augusto, diis carissimo, rectori orbis, urbs Gazaeorum et sacra et asylos et autonomos, fidelis et pia, splendida et magna, ex iussu dei patrii, pro meritis erga se per Tib(erium) Cl(audium) Papirium curatorem fani*].

In Portu. — (a) Urbs Palaestinae, quae aliquandiu colonia fuit (Lebas-Wadd. 1906). Etiam in nummis dicitur ἱερὰ καὶ ἄσυλος (Head, *Hist. Num.* p. 680) propter cultum dei Marnae. De urbibus *sacris*, id est numini cuipiam consacratis, et *asylis*, id est quas religio ab hostium incursu tutas praestabat, v. Eckhel *D. n.* 4 p. 306 sqq., collato Tacito (*ann.* 3, 60 sqq.): frequentes erant in Asia, praesertim in Cilicia et Syria. De urbibus αὐτονόμοις v. Eckhel *D. n.* 4 p. 263; Mommsen 3 p. 658 sq., 686 sqq.; Marquardt, 1² p. 78 sqq. — (b) Supplevit Wesseling. — (c) id est Marnas deus.

**21.** (2156). — Dianae Aug(ustae) | colleg(ii) lotor(um) (a) | sacr(um). Primigenius, r(ei) p(ublicae) | Aricinorum ser(vus) arc(arius), | curator (iterum) (b), cum M(arco) Arrecino Gelliano filio, curatore (primum) (b), | d(onum) d(edit).

Ariciae (*Aricia*). — (a) i. e. tutatrici. — (b) i. e. collegii lotorum.

**22.** (Kaibel 1124). — *a.* Τῇ κυρίᾳ Ἀρτέμιδι εὐχὴν ἐποίησεν Πακκία Λουκίου θυγάτηρ Σεκουνδεῖνα ὑπὲρ αὑτῆς καὶ Ποστουμίλλης θυγατρός. = *Dianae dominae votum nuncupavit Paccia L(ucii) f(ilia) Secundina pro se et filia Postumilla*]. — *b.* Τῇ κυρίᾳ | Ἀρτέμιδι εὐχὴν | ἐποίησεν Πακκία Σεκουνδεῖνα ὑπὲρ | σωτηρίας Μάρκου | καὶ Φαδίλλης. = *Dianae dominae votum nuncupavit Paccia Secundina pro salute Marci et Fadillae*].

Tibure (*Tivoli*). — « Altera dedicatio facta pro Marco Aurelio Antonino et Fadilla eius filia, eo fortasse tempore quo Fadilla aegrotabat (cfr. vit. Avidii Cassii, 10) » Kaibel.

**23.** (2213). — Dianae | Nemore(n)si (a), Vestae | sacrum. Dict(atore) (b) | imp(eratore) Nerva Traiano Aug(usto) | Germanico (tertium) co(n)s(ule) (c), praef(ecto) (b) | eius T(ito) Voltedio Mamiliano, | quaestorib(us) (b) | L(ucio) Caecilio Urso (iterum), M(arco) Lucretio | Sabino (iterum), aedilib(us) (b) Q(uinto) Vibenna Quieto, | Ti(berio) Claudio Magno, | P(ublius) Cornelius Trophimus, pistor | Romaniensis ex reg(ione) XIIII, idem cur(ator) | vici Quadrati (d) et Lania C(ai) f(ilia) Thionoe coniux | eius votum libens solverunt [11].

In nemore Dianae (*Nemi*). — (a) De cultu Dianae Aricinae, de nemore fanoque ei sacris, quae inter nobilissima erant Latii v. Preller, 1³ p. 313 sqq.; Dessau p. 204. Praeter inscriptiones, quae sequuntur n. 26-30, fuerunt sacrae Dianae Nemorensi aliae eodem loco repertae: C. n. 2212 (quae etiam urbana esse potest). 4182. 4184 *a* (*in vasculo*). 4185 (*sub herma bicipite*). 4186 (*in manubrio cochlearis*). 4188. 4189. 4271 (*in calice aeneo*). EE. 7, 1238. 1239. 1240. Fragmenta tabulae, quae ad aediculam Dianae quamdam spectat, v. C. n. 4184. — (b) Dictator, praefectus ipsius absentis, quaestores, aediles sunt reipublicae Aricinae magistratus, cuius finibus comprehendebatur nemus sacrum: « notabile est aediles postponi quaestoribus » Dessau. — (c) a. 100. — (d) vicus Quadrati regionis XIIII urbanae redit in basi Capitolina C. VI 975. *Curator vici* urbani tantum in hoc lapide occurrit: inscriptionem, quae *magistrum vici* nominat, infra edemus.

**24.** (4183). — M. Servilius Quartus alam (a) expolit et.... | et quae intus posita sunt Dia[*nae*]....

In nemore Dianae (*Nemi*). In pavimento operis musivi alicuius cellae

**25.** (4182 *a*). — Diana | M. Livio M. f. | praitor dedit.

In nemore Dianae (*Nemi*). — Inscriptio priscae aetatis. Id est: *Dianae M(arcus) Livius M(arci) f(ilius) praetor dedit.* « Quis ex Marcis Liviis saeculi ab u. c. VI — nam huius aetatis videtur esse titulus — significetur, incertum est ». Dessau. « Potest fuisse praetor Aricinus » Mommsen.

**26.** (4268). — C. Aurilius C. f. | praitor iterum didit | eisdim consl | probavit.

In nemore Dianae (*Nemi*). — Inscriptio priscae aetatis. = *C(aius) Aurelius C(ai) f(ilius), praetor iterum, dedit; idem cons(u)l probavit.* Dessau et Mommsen putant praetorem iterum C. Aurelium (Cottam), consulem a. 554, dici propter prorogationem imperii.

**27.** (4269). — C. Manlio Aci.... | cosol pro | poplo | Arimenesi.

In tabella aenea in nemore Dianae (*Nemi*) reperta. — Inscriptio priscae aetatis. I. e.: *C(aius) Manlius Aci.... consul pro populo Ariminensi.* Mommsen existimat C. Manlium consulem fuisse coloniae Ariminensis.

**28.** (4270). — Poublilia Turpilia Cn. uxor | hoce signum pro Cn. filiod | Dianai donum dedit.

In tabula aenea, in nemore Dianae (*Nemi*) reperta. — Inscriptio priscae aetati. = *Publilia Turpilia C(naei) uxor hoc signum pro C(naeo) filio Dianae donum dedit.*

**29.** (EE. 7, 1242). — Pro | [*sa*]lute Ti(berii) | [*Claud*]i Caesaris [*Aug(usti) Germ*]anici et Iuliae [*Agrippinae et T*]i(beri) Claudi Brittanici | [*Caesaris et Neronis*] Claudi Caesaris | .... us imp. Dia. lumen perp. (*a*).

In nemore Dianae (*Nemi*). — « Titulum scriptum paullo post adoptionem Neronis (a. 50) crediderim, propterea quod Britannicus etiamtum habet locum priorem ». DESSAU. — (*a*) *Imp(erio) Dia(nae) lumen perp(etuum)* proponitur in *Notizie degli scavi*, 1888 p. 194.

**30.** (3537). — Dianai opiferai | Nemorensei L(ucius) Apuleius L(ucii) l(ibertus) Antio(cus?).

Tibure (*Tivoli*). — Fidenis rep. est fragmentum vasis quadrati, in labro literae inscriptae sunt aliae extrinsecus, aliae intus: | Dianae? Opi? Fortunae? | *opife rae) sac rum), D..* | ... *ius* (EE. 7. 1267). Lapis dicatus *Dianae Caelesti* extat Tibure (n. 3536): alius suspectus, dicatus *Dianae Rotundae* repertus dicitur *in Rotarella presso Palombara*: alius, *Dianae invictae* sacer, rep. videtur *Grottaferratae*.

**31.** (3538). — Felicitatei T(itus) Cauponius T(iti) f(ilius), | C(aius) Aufestius C(ai) f(ilius) | aed(iles).

Tibure (*Tivoli*).

**113.** (24). — I(ovi) o(ptimo) m(aximo) angelo ([a]) | Heliop(olitano), | pro salute | imperator(is) | Antonini et | Commodi Aug(ustorum), | Gaionas d(onum) d(edit).

Ad Portum — ([a]) Mirum est epitheton. Cfr. Henzen, *Ann. d. Inst.* 1866 p. 135.

**114.** (3469). — Iovi opt(imo) [*max(imo)*] *purpuri*? oni, ([a]). Iunoni. Mine[*rvae*] | C(aius) Servilius [*Septilianus*] Firmus, M(arcus) Martius | Torquatu[*s*]. *Q(uintus) Pinnius* Valer[*ianus Sarius*] Marsus C[*alestrius*] | Maximus ....

*Agosta.* — Cfr. n. 131. — ([a]) Cfr. C. VI 421.

**115.** (3555). — Iovi praestiti ([a]) | Hercules Victor dicavit ([b]). Blandus ([c]) pr(aetor) restituit.

Tibure (*Tivoli*). — ([a]) Cfr. Preller 1[3] p. 207. cfr. 2[3] p. 114. Roscher. 2 p. 659. — « Ut Romae erat ara, quae Iovi Εὑρεσίῳ, ut ait Dionysius 1, 39, Patri Inventori, ut aiunt Solinus c. 1, 7 p. 7 M et auctor libelli de origine gentis Romanae c. 8, ab Hercule ex Hesperia reduce propter boves a Caco recuperatas dicata esse dicebatur, ita Tiburtini quoque .... habebant aram quam Iovi Praestiti ab Hercule Victore dicatam esse dicerent; eam aram restituit Blandus civis Tiburtinus, cum esset praetor Romae noli cogitare de praetura Tiburtina .... Aliquot annis post, idem Blandus, cum in republica Romana iam obtinuisset proconsulatum aliquem, Iunoni Argivae vel fecit vel restituit aram.... » DESSAU, V. supra n. 91. Cfr. Peter in Roscher. 1 p. 2278. 3003. — ([c]) Blandus is est, qui Iuliam Drusi Caesaris filiam in matrimonium duxit. De eo v. Dessau ad n. 3576.

**116.** (3559). — Sancto | Iovi territori ([a]) sacrum.

Tibure (*Tivoli*). — ([a]) Tantum in hoc lapide *territor* dicitur Iupiter.

**117.** (25). — Iovi Tutori | Q(uintus) Veturius Secundus. | A(ulus) Libius Hilarianus | quaglator(es) ([a]) et curator(es) ([b]) donu(m) daeder(unt) | cultoribus.

Ostiae. — ([a]) « Vocabulum a coagulando dictum respondet fere coactori » MOMMSEN. — ([b]) collegii cultorum Iovis Tutoris.

**118.** (2894). — Deo magno Silvano. Marti, Herculi. — *Intra coronam quercean:* Iovi Zabasio ([a]). — *Sub corona:* Antullus.

Praeneste (*Palestrina*). — ([a]) De deo Sabazio, quem Romani Iovem Sabazium nominaverunt, v. Gatti, *Bull. d. Comm. arch.* 1889 p. 459 sqq.

**119.** (3560). — Optatus pedisequus. Eunachus marmo(rarius?) | Lares de sua pe(q)(unia) posierunt.

Tibure (*Tivoli*). — *Laribus* dicati sunt lapides C. n. 26 Ostiae, ad aediculam spectans 2041 Vici Augustani. *Castel Porziano*. 2458 Castrimoenii, prope *Marino*: 2494 (*Grottaferrata*): *ministri Larum* fortasse occurrunt in lapide Tiburtino C. n. 3562.

**120.** (3561). — P(ublius) Flavius Sp(urii) f(ilius) (Camilia tribu) Decimus, P(ublius) Flavius Palestricus H(erculaneus) Aug(ustalis). M(arcus) Trebienus Tiburtinus H(erculaneus) Augustalis). | cura ores ([a]) cultoribus domus divinae | et Fortunae Aug(ustae) Lares Augustos) d(onum) dederunt).

Tibure (*Tivoli*). — ([a]) i. e. collegii cultorum etc. Hoc collegium cultui imperatoris addictum erat: dicitur enim collegium cultorum domus divinae et Fortunae Augustae i. e. domus et Fortunae imperatoris: nota ei praeesse Herculaneos *Augustales* qui Lares *Augustos* collegio donum dant.

**121.** (2157). — L. Curius [*Eutrapelus*] et | Vargunt[*eia Nais*] | Latona[*e pro*] Sex(to) Vibrent. ..

Ariciae (*Ariccia*). — *Latona* videtur redire in lapide Nemorensi C. n. 4187.

dei minister » STEPH. — (f) « Più controverso è il significato della voce καμινευτής. Egli è certo che nella cerimonie d'origine egizia avea parte principale il fuoco » LANCIANI, *Bull. d. Inst.* 1868 p. 237. — (g) « Il titolo di ἱερόφωνος era noto per un marmo alessandrino edito tra gli altri dal Letronne (*Bull. de Férussac* II 362) ove è nominato un Βάσσος Στράτωνος ἱερόφωνος τοῦ Κυρίου Σαράπιδος, nel quale il chiaro egittologo riconosce colui che promulgava i fatidici responsi del nume » LANCIANI l. c. — (h) « Granius Romanus videtur pontifex coloniae fuisse cuius permissu statua dedicata est » KAIBEL.

**154.** (47). — Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ | Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις | θεοῖς τὸ κρηπίδειον, λαμπάδα | ἀργυρᾶν, βωμοὺς τρεῖς, πολύλυχνον, | θυμιατήριον ἔνπυρον, | βάθρα δύο | Λ. Κάσσιος | Εὐτύχης, | νεωκόρος τοῦ μεγάλου | Σαράπιδος | ὑπὲρ εὐχαριστίας | ἀνέθηκεν ἐπ' ἀγαθῷ. | Permissu | C(ai) Nasenni Marcelli | pontificis Volcani et | aedium sacrarum (a) et | Q(uinti) Lolli Rufi Chrysidiani | et M(arci) Aemili Vitalis | Crepereiani (duo)vir(um) [= *Iovi Soli magno Sarapidi et diis contubernalibus, basem, lampadem argenteam, aras tres, lucernam polymyxon, thuribulum ardens, sedes duo L(ucius) Cassius Felix, neocorus magni Sarapidis, ad grati animi significationem posuit feliciter* etc.]

Ostiae. — (a) Peculiaris est coloniae Ostiensis sacerdos, cuius sine permissu in aedibus sacris et locis sacris dedicatio fieri non poterat, ita tamen ut consentirent duoviri. Cfr. Dessau p. 5.

**155.** (Kaibel 917). — Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ | Σ[αρ]άπιδι καὶ τοῖς | συ[ν]νάοις θεοῖς | τὸν θεοφιλέστατον | πά[ππ]ον Μ. Αὐρ(ήλιος) | Σαραπίων παλαιστρὴς | παράδοξος σὺν τῷ | πατρὶ Μ. Αὐρ(ηλίῳ) Δη[μ]ητρίῳ | τῷ [κα]ὶ [Ἁ]ρποκρα[τ]ίωνι | βο[υ]λευτῇ τῆς λαμ[10]|προτάτης πόλεως | τῶν Ἀλεξανδρέων | εὐξάμενοι καὶ εὖ | τυχόντες ἀνεθήκα|μεν ἐπ' ἀγαθῷ [15]. | Χρυσάνθινα (in corona). [= *Iovi Soli magno Sarapidi diisque contubernalibus* (a), *amatissimum diis avum* (a), *M(arcus) Aur(elius) Sarapion, palaestrita eximius, cum patre M(arco) Aur(elio) Demetrio, qui et Harpocration* (b), *buleuta* (= decurio) *splendissimae civitatis Alexandrinorum voto suscepto et voti compotes posuimus feliciter.* — *Chrysanthina* (c)].

In Portu. — Commentavit Gatti, *Bull. d. comm. arch.*, 1886 p. 178 sqq. — (a) Sic Kaibel, putans statuam avi qui Chrysanthina vicisset, dedicatam esse: παιδίον legit Gatti, intelligens dicatam imaginem fuisse Harpocratis infantis Isidi carissimi: obstat articulus τόν. — (b) sc. vocatur; agnomen est. — (c) Ludi erant, qui Sardibus celebrabantur (Eckhel, *d. n.* 3 p. 117).

**156.** (Kaibel 917). — Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ ἐπανόδου | καὶ αἰδίου διαμονῆς τῶν κυρίων | αὐτοκρατόρ(ων) Σεουήρου καὶ Ἀντωνίνου | καὶ Ἰουλίας Σεβ(αστῆς) καὶ τοῦ σύνπαντος | αὐτῶν οἴκου καὶ ὑπὲρ εὐπλοίας | παντὸς τοῦ στόλου τὴν Ἀδράστιαν | σὺν τῷ περὶ αὐτὴν κόσμῳ | Γ(άιος) Οὐαλέριος Σερῆνος νεωκόρος | τοῦ μεγάλου Σαράπιδος, | ὁ ἐπιμελητὴς παντὸς τοῦ [10] | Ἀλεξανδρείνου στόλου | ἐπὶ Κλ(αυδίου) Ἰουλιανοῦ ἐπάρχου | εὐθενείας. [= *Pro salute et reditu et pro perpetuitate ac perennitate dominorum imperator(um) Severi et Antonini et Iuliae Aug(ustae) totiusque domus eorum, et pro bona navigatione totius classis* (b) *Adrastiae* (c) *statuam omni cultu ornatam* [*dedicavit*] *G(aius) Valerius Serenus, neocorus magni Sarapidis* (d), *procurator totius classis Alexandrinae, Claudio Iuliano praefecto annonae* (e)].

*Fiumicino.* — Commentavit Lanciani, *Bull. d. Inst.* 1868 p. 234 sqq. — (a) Spectat ad iter quod Severus in Aegyptum fecit. — (b) Classis est Alexandrina annonaria. — (c) Adrastia eadem quae *Nemesis*, vel *Fatum* aut ipsa *Necessitas* absolute habita. — (d) Serenus neocorus magni Sarapidi occurrit in lapidibus Kaibel n. 919 seqq. — (e) Claudius Iulianus praefectus fuit annonae a. p. Chr. 201.

**157.** (2901). — (*a*) Γ. Βαλέριος Ἑρμαΐσκος ἐποίησεν | Σαραπεῖον Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ | Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς. [= *G(aius) Valerius Hermaiscus fecit Sarapeum Iovi Soli magno Sarapidi et diis contubernalibus*]. — (*b*) Domus C(ai) Valeri Hermaisci templum | Sarapis schola Faustiniana fecit. | C(aius) Valerius Hermaiscus dedic(avit) idib(us) | Dec(embribus) Barbaro et Regulo co(n)s(ulibus) (a).

Praeneste (*Palestrina*). — (a) a. 157. — Sarapidi et Isidi dicatus lapis C. n. 3427 inter Bovillas et Castrimoenium repertus.

unum) cum | signo Nemesem ($^{d}$) | kannoph(o)ris | Ostiensibus d(onum) d(edit).

Ostiae. — ($^{a}$) Nomen deest imperatoris, cuius pro salute donum datum est. — ($^{b}$) De Ruggiero s. v. — ($^{c}$) Cum imago Matris deum Pessinunte advecta, primam Ostiam attigisset, in hac colonia dea maxime colebatur. — ($^{d}$) i. e. Nemesis cfr. n. 134.

**134.** (35). — Q(uintus) Caecilius | Fuscus archigallus c(oloniae) O(stiensis) ($^{a}$) | imaginem Attis argentiam (*sic*) | p(ondo unum cum sigillo | frugem ($^{b}$) aereo cannophoris Ostiensibus donum dedit.

Ostiae. — ($^{a}$) Cfr. n 133. — ($^{b}$) « E' probabile anche che *Nemesem* (n. 127) stia scritto per *Nemesis*, *frugem* per *frugis* o *Phrygis* e che quindi si abbia voluto designare un sacerdote di Attis (Dionys. 2, 19: ἀνὴρ Φρύξ. Propert. 2, 18, 16) rappresentato in atto di adorare il Dio » Cumont in De Ruggiero 1 p. 766.

**135.** (36). — Calpurnia | Chelido | typum ($^{a}$) Matris | deum argenti | p(ondo duo) cantnoforis (*sic*) Ost(iensibus) d(onum) d(edit) | et dedicabit (*sic*).

Ostiae. — ($^{a}$) Dessau confert locum vit. Heliogab. 7: *matris etiam deum sacra accepit et taurobolіatus est, ut typum eriperet et alia sacra quae genitus habentur condita.*

**136.** (37). — Q(uintus) Domitius | Aterianus pat(er) | et Domitia | Civitas mat(er) ($^{a}$) | signum Attis ($^{b}$) | cann(ophoris) Ost(iensibus) d(onum) d(ederunt).

Ostiae. — ($^{a}$) « *Pater* et *mater* reperiuntur etiam infra C. n. 69 et 70 in titulis donariorum apud dendrophoros Ostienses, ut videtur, dedicatorum » Dessau. — ($^{b}$) Cfr. Cumont, in De Ruggiero 1 p. 763 sqq.

**137.** (38). — Numini Attis C(aius) Castillius Euplus ex monitu deae ($^{a}$).

Ostiae. — ($^{a}$) i. e. *Matris deum.*

**138.** (39). | Aemilia | Serapias | taurobolium fecit | et aram taurobolatam ($^{a}$) posuit | per sacerdotes. | Valerio Pancarpo ($^{b}$). | idib(us) Mais Anullino (iterum) | et Frontone co(n)s(ulibus) ($^{c}$).

Ostiae. — ($^{a}$) De aris tauroboliacis. v. Boissieu, *Inscr. de Lyon*, p. 22-38. De Ruggiero 1 p. 595. — ($^{b}$) Videtur *praeeunte Valerio Pancarpo* intelligendum esse. — ($^{c}$) a. 199 p. Chr.

**139.** (40). — Taurob*olium factum Matri deum magnae Idaeae* ($^{a}$) *pro salute*] im[*p(eratoris) Caesaris*], M(arci) Aurel*i Antonini Aug(usti) et*] | L(uci) Aureli ($^{b}$) [*Commodi Caes(aris) et*] Faustina[*e Aug(ustae) matris castro*]rum liberorumque *eorum, senatus, (quindecim)vir(um) s(acris) f(aciundis), equestr(is)*] | ordin(is), ex[*ercituum...*], | navigan[*tium ....*], decurionum col(oniae) Ost(iensis).... | canno[*phori*] .... | nata.... in....

Ostiae. — ($^{a}$) De his tauroboliis pro salute imperatoris eiusque domus, etc. publice ab Ostiensibus factis v. quae adnotat Dessau. — ($^{b}$) *Aureli* erasum est. — Similes sunt tituli C. n. 41 (*pro salute imperatoris*). 43 (*pro salute, reditu, et victoria imperatoris*).

**140.** (42). — Taurob[*olium factum Matri deum*] | magnae Id[*aeae pro salute et victoria*] | imp(eratoris) Caes(aris) C(ai) V[*ibi* ($^{a}$) *Treboniani Galli Pii*] | Fel(icis) Aug(usti) ($^{a}$) et [*imp(eratoris) Caes(aris) C(ai) Vibi Afini Galli*] Veldum[*nia*]*ni* ($^{a}$) *Vol*]usiani ($^{a}$) P[*ii Fel(icis)*] | Aug(usti) ($^{a}$) tot[*iu*]sq(ue) domus divin(ae) eor(um) [*et*] | sen[*atus, (quindecim)*]vir(um) sacris f(aciundis), equestr(is) ordin(is), [ex[*ercituum*] .... navigantium | s....

Ostiae. Cfr. n. 133. — ($^{a}$) IMP. CAES. C. V....: FEL. AVG....: VELDVN....: ... VSIANI: AVG. in rasura leguntur.

**141.** (3564). — Menti bonae, Saluti ($^{a}$) Q(uintus) Caecilius Q(uinti) l(ibertus) Philadelphus, | P(ublius) Aquillius P(ublii) l(ibertus) Dacus | mag(istri) quinq(uennales) ex pe(cunia) conl. ($^{b}$) f(aciendum) c(uraverunt) | idemque signum dedicarunt.

Tibure (*Tivoli*). — ($^{a}$) De huiusmodi dedicationibus Menti bonae a magistris libertinis vel ministris servis factis, v. Dessau, qui adnotat Salutem cum Mente bona coniunctam alibi non reperiri. — ($^{b}$) *conl egii*, cuius liberti duo magistri erant, vel potius *conl atae*.

**142.** (2495). — Minervae | sacrum. L(ucius) (et) L(ucius) Volumni | Verus et Severus, | praef(ecti) coh(ortis), trib(uni) mil(itum), | praef(ecti) eq(uitum).

*Grottaferrata.*

**143.** (2897). — Signum Minerva[*e*] .... | !!!!! August.... | Q(uintus) Caecilius Eulogus pra.... | et appa....

Praeneste (*Palestrina*). — « Erasum esse no-

men Domitiani coniecit Petrinius probabiliter; idem quod proposuit, vv. 3 4 *pra[etor]* et *appa-[ritores eius]* ferri non potest; nec tamen quid ibi fuerit video » DESSAU.

**144.** (2255). — [*Pro salute?*] | imp(eratoris) Caes(aris) L(ucii) Sept(imii) Sever(i) Pii Pert(inacis) Aug(usti) et imp(eratoris) Caes(aris) | M(arci) Aurel(i) Ant(onini) Pii Felic is) Aug(usti) Parth(ici) max(imi), Britann(ici) | max(imi), p(atris) p(atriae) ($^a$) et Iuliae Aug(ustae), matr(is) Aug(usti) n(ostri) et senat(us) et pa triae et castr(orum) Minerv(ae) Aug(ustae) sacrum. Dasimius | Firmin(us) corn(icularius) leg(ionis) et Aur(elius) Victorin(us) actar(ius) | cum imm(unibus), libr(ariis) et exactis ($^b$) votum m(erito) f(ecerunt).

In agro Albano. — ($^a$) « verba PARTH. MAX. BRITANN MAX. PP. sine dubio substituta sunt in locum nominis Getae erasi; quam quam lapis nullum rasurae vestigium praebet » DESSAU. — ($^b$) Munera sunt omnia militaria.

**145.** (44). — Numini ($^a$) evidentissimo ($^b$) Minervae Aug(ustae) sacrum, | conservatrici et | antistiti splendidis simi corporis | stuppatorum ($^c$). Orna tam omni cultu ( ) d(onum) d(ederunt) | Marcii Iulii Carpus patr(o)n(us) ($^c$)[10], | Carpus [*f(ilius)*] corp(oratus), Amat(ii) Rufinian(us) hon(oratus) ($^c$). Firmus hon(oratus) ($^c$).

In Portu. — ($^a$) De significatu vocabuli *numinis*, v. Preller I[2] p. 57 sqq. — ($^b$) Graece ἐπιφανεστάτῳ. — ($^c$) « Qui fuerint *stuppatores* vocabulo ipso satis significatur; et convenit Minerva ab eis ut *conservatrix et antistes* culta (Artificiosa magis quam vera videtur explicatio proposita a Lanciano (*Bull. d. Inst.*, 1870 p. 19), scilicet fuisse eos *un' associazione di calafati, i quali con vecchi cordami e bitume attendevano a ristoppare le commessure delle carene sul cantiere*) » DESSAU. — ($^d$) sc. *aediculam* (vel *statuam*). — ($^e$) sc. corporis stuppatorum.

**146.** (2582). — Numini | deorum | d(onum) d(edit) | Q(uintus) Naevius Carpus.

Tusculi (prope *Frascati*).

**147.** (45). — Numini domus Augustae d[*endrophori Ostien*]ses scolam, | quam sua pecunia constit[*uerant noris sum p*]tibus | a solo [*restituerunt*].

Ostiae. — Supplementa sunt C. L. Viscontii (*Ann. d. Inst.* 1868 p. 386). — Numen domus Augustae redit in lapide Ostiensi C. n 46.

**148.** (4057). — Numini domus A[*ugustae*] | Blastus Eutact[*ianus et*] | Secundus Iuli Quadr[*ati*], | co(n)s(ulis iterum) ($^a$), lib(ertus) ob honorem (sex)[*viratus*] | et Italia lib(erta) eiusd[*em*] | ob magis[*t*]erium B(onae) [*d(eae)*] ($^b$) | dedicaverunt XIIII k(alendas) Oct[*o*]bres, | M(arco) Clodio Lunense.... | et P(ublio) Licinio Crasso co(n)s(ulibus) ($^c$), | quo die et epulum dederunt. | — Incendio consumtum senatus | Fidenatium restituit.

Fidenis (*La Serpentara*). — ($^a$) a. p. C. 105. — ($^b$) *Magistrae Bonae deae* persaepe occurrunt. — ($^c$) Consules ignoti.

**149.** (46 a.). — Nymphis divinis | sacravit | D(ecimus) Hostius Heraclida.

Ostiae.

**150.** (2898 add.). — Paci August(ae) | sacrum. | Decuriones populusque coloniae Praenestin(ae).

Praeneste (*Palestrina*). — Cfr. n. 157.

**151.** (2900). — [*Diis P*]enatibus sacrarium ($^a$) .... | ....anus ($^b$), pontif(ex) min(or), patron[*us colon*iae] (?) | .... *feci*]t reique publicae do[*navit*].

Praeneste (*Palestrina*). — ($^a$) Cfr. Paul. p. 208: *penetralia sunt penatium deorum sacraria*. — ($^b$) Potest [*T(itus) Flavius T(iti) f(ilius) Germ*]*anus* fuisse, qui in alio lapide Praenestino dicitur *exornatus sacerdotio splendidissimo pontificatus minoris*, et patronus coloniae fuit.

**152.** (3565). — Genio numin[*i*]s ($^a$) Pria[*pi*] | poten[*t*]is polle[*nti*]s [*invi*]cti | Iul(ius) Agathemerus Aug(usti) lib(ertus) a | cura amicorum ($^b$) | somno monitus. | — *In parte postica* ( ): Salve sancte pater Priape rerum, | Salve. Da mihi floridam iuventam, | Da mihi ut pueris et ut puellis | Fascino placeam bonis procaci, | Lusibusque frequentibus iocisque | Dissipem curas animo nocentes, | Nec gravem timeam nimis senectam, | Angar haud *mi-ser*[*ae*] pavore mortis, | Quae ad domu s] trahet invida *s Aver*[*n*]*i* | Fabulas Manes ubi rex coercet ($^c$).[10] Unde fata negant redire quemquam. | Salve, sancte pater Priape, salve. || — *In latere*: Convenite simul quot est[*is om*]nes, | Quae sacrum colitis [*ne*]mus [*pu*]ellae, | Quae sacras

colitis a[q]uas puellae, (e) | Convenite quot estis atque [be]llo | Voce dicite blandula [Pria]po: | Salve, sancte pater Priape rerum, | [In]guini oscula figite, inde mille, | [Fasci]num bene olentibus [cor]onis | [Cing]ite illi, iterumque dicite omnes: | [Salve, san]cte pater Priape rerum. ; Nam, malos arcens homines [cr]uentos, | Ire per silvas dat ille vo[b]is | Perque opaca silentia incruenta | Ille fontibus arcet et scelestos | Inprobo pede qui sacros liquores Transeunt faciuntque turbulentos | Qui lav[an]tque manus, nec ante multa | Invocant prece vos deae pu[ellae]: O Priape fave alme, dicite [omnes]. Salve, sancte pater Priape [salve]. || — *In altero latere:* O Priape potens, ami[*ce, salve*], | Seu cupis genitor vo[*cari*] et auctor | Orbis aut physis ipsa panque, salve: (f) Namque concipitur tuo vigore | Quod solum [*repl*]et aethera atque pontum. Ergo salve, Priape, salve, sancte. | Saeva [*Iupiter*] ipse, te volente, | Ultro fulmina ponit, atque [*se*] des | Lucidas cupidus suas relin[*quit*]: | Te Venus bona, fervidus Cupido, Gratia et Ge[*minae*] colunt [*sorores*,](g) Atque laeti[*tiae da*]tor Lyaeus. Namque te si[*ne, n*]ec Venus proba[*tur*] Gratiae illepidae, Cupi[*do, Ba*]cchus. | O Priape potens, amice, salve: | Te vocant prece virgi[*nes pudi*]cae, | Zonulam ut solvas diu ligatam, | Teque nupta vocat, sit ut mar[*ito*] | Nervus saepe rigens potensque sem[*per*]. | Salve, sancte pater Priape, s[*alve*].

Tibure (*Tivoli*). — (a) Formula *genius numinis* notabile est. Cfr. C. VI 151: *genius numinis fontis*. — (b) Ciccotti in De Ruggiero I p. 448. — Carmen priapeum, cuius commentum amico Laurentii debemus, haud inelegans, aevi nec multum antiqui. Phalaeciis constat hendecasyllabis, si excipias v. 6 in parte postica = *Dissipem curas animo nocentes*, necnon v. 10 ibid. = *Fabulas Manes ubi Rex coercet* et v. 11 in latere = *Nam malos arcens homines cruentos* qui, ut Burmannus jam animadvertit, Sapphici sunt. Catulli imitatio, ut hic illic apparet, et in fine evidentior Catul. Carm. 57, 51 in Nuptias Iuliae et Manlii: *Te suis tremulus parens Invocat: tibi Virgines zonula solvunt sinus: (te timens cupida novos captat aure maritus)*, sic manifestissima est in v. 11 partis posticae, cui ex Catullo respondent: *Qui nunc it per iter tenebricosum illuc, unde negant redire quemquam*. — (c) Intellige = quae mors trahet me ad perosas domus Averni, ubi rex i. e. Pluto cohibet vinclis poenisque castigat Manes fabulosos i. e. inanes. Postrema praesertim verba olent Horatium, carm. 1, 4, 16: *Iam te premet nox fabulaeque Manes | et domus exilis Plutonia quo simul mearis*, etc. Cfr. etiam Pers. 5, 152 « *cinis et manes et fabula fies* », et ex Graecis, si vis, Callimach. Epigr. 14, 3: τί δὲ Πλούτων; Μῦθος. — (e) Puellae quae sacrum nemus et sacras colunt aquas, sunt Dryades et Naiades: de deabus enim hic loqui apparet e verbis posterioribus: *invocant.... vos deae puellae*. « Nympharum vero (sic in Mythogr. 3, 5, 3, 25 apud Bode) hanc dat Servius differentiam. Najades, inquit, deae dicuntur fontium: nais enim aqua dicitur: .... Dryades sylvarum deae: δρῦς namque *quercus* sonat. — (f) *Physis ipsa*, i. e natura: *panque*, i. e τὸ Πᾶν, sive vis universa mundum pervadens et res procreans. — (g) *Geminae sorores* sunt ceterae duo Gratiae sorores. Cfr. Horat. Od. 4, 7 vv. 5-6: *Gratia cum Nymphis geminisque sororibus audet | ducere nuda choros.*

**153.** (Kaibel 914). — [Ὑπὲρ] σωτη[ρίας] .... | Μάρκου Αὐρηλίου | Σεουήρου Ἀλεξάνδρο(υ) | Εὐτυχοῦς Εὐσεβοῦς Σεβ(αστοῦ) | καὶ Ἰουλίας [Μαμμαίας] | Σεβαστῆς μητρὸς Σεβ(αστοῦ) | Διὶ Ἡλίῳ | μεγάλῳ Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς | Μ. Αὐρήλιος Ἥρων νεωκόρος τοῦ ἐν | Πόρτῳ Σαράπιδος ἐπὶ Λαργινίῳ Βειταλίωνι | ἀρχυπηρέτῃ καὶ καμεινευτῇ καὶ Αὐρηλίῳ | Ἐφήβῳ καὶ Σ[α]λωνίῳ Θε[ο]δότῳ ἱεροφώνοις | καὶ καμεινευταῖ[ς κ]αὶ ? | τῇ ἱεροδουλείᾳ ἀνέθηκεν ἐπ' ἀγαθῷ. — *In latere:* ἐπ' ἀγαθῷ | ἐπὶ Γρανίου Ῥωμα[νοῦ?] | = *Pro salute .... Marci Aureli Severi Alexandri Felicis Pii Augusti et Iuliae [Mammaeae]* (a) *Augustae, matris Augusti, Iovi Soli magno Sarapidi* (b) *et diis contubernalibus* (c) *M(arcus) Aurelius Heron, neocorus* (d) *Sarapidis Portuensis, archiyperete* (e) *et kamineute* (f) *Larginio Vitalione, et hierophonis* ( ) *et kamineutis et* (?).... *posuit.... feliciter.* | ...., *Granio Romano*(?) (?) [*pontifice ?*]]

E portu Ostiensi, ut videtur. Aquas Sextias allata est. — (a) Erasum est. — (b) De cult. Sarapidis in portu Ostiensi, v. Lanciani, *Bull. d. Inst.* 1868 p. 227 sqq.; C. L. Visconti, *Ann. d. Inst.* 1868 p. 381 sqq.; Dessau, *Bull. d. Inst.* 1882 p. 152 sqq. De epithetis, Ζεὺς Ἥλιος μέγας, v. Preller $2^3$ p. 377. — (c) σύνναος θεός dicitur a Cicerone *deus contubernalis* (ad Att. 13, 28), vel deus σύνναος ib. 12, 45). In inscriptionibus bilinguibus vocabulum latine non exprimitur. — (d) Νεωκόροι, aeditui Sarapei Portuensis saepe occurrunt. V. infra. — (e) « Supremus

dei minister » Steph. — (f) « Più controverso è il significato della voce καμινευτής. Egli è certo che nella cerimonie d'origine egizia avea parte principale il fuoco » Lanciani, *Bull. d. Inst.* 1868 p. 237. — (g) « Il titolo di ἱερόφωνος era noto per un marmo alessandrino edito tra gli altri dal Letronne (*Bull. de Férussac* II 362) ove è nominato un Βάσσος Στράτωνος ἱερόφωνος τοῦ Κυρίου Σαράπιδος, nel quale il chiaro egittologo riconosce colui che promulgava i fatidici responsi del nume » Lanciani l. c. — (h) « Granius Romanus videtur pontifex coloniae fuisse cuius permissu statua dedicata est » Kaibel.

**154.** (47). — Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ | Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις | θεοῖς τὸ κρηπίδειον, λαμπάδα | ἀργυρᾶν, βωμοὺς τρεῖς, πολύλυχνον, | θυμιατήριον ἔνπυρον, | βάθρα δύο | Λ. Κάσσιος | Εὐτύχης, | νεωκόρος τοῦ μεγάλου | Σαράπιδος | ὑπὲρ εὐχαριστίας | ἀνέθηκεν ἐπ' ἀγαθῷ. | Permissu | C(ai) Nasenni Marcelli | pontificis Volcani et | aedium sacrarum (a) et | Q(uinti) Lolli Rufi Chrysidiani | et M(arci) Aemili Vitalis | Crepereiani (duo)vir(um) [= *Iovi Soli magno Sarapidi et diis contubernalibus, basem, lampadem argenteam, aras tres, lucernam polymyxon, thuribulum ardens, sedes duo L(ucius) Cassius Felix, neocorus magni Sarapidis, ad grati animi significationem posuit feliciter* etc.]

Ostiae. — (a) Peculiaris est coloniae Ostiensis sacerdos, cuius sine permissu in aedibus sacris et locis sacris dedicatio fieri non poterat, ita tamen ut consentirent duoviri. Cfr. Dessau p. 5.

**155.** (Kaibel 917). — Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ | Σ[αρ]άπιδι καὶ τοῖς | συ[ν]νάοις θεοῖς | τὸν θεοφιλέστατον | πά[ππ]ον Μ. Αὐρ(ήλιος) Σαραπίων παλαιστρίτης | παράδοξος σὺν τῷ πατρὶ Μ. Αὐρ(ηλίῳ) Δη[μ]ητρίῳ | τῷ [κα]ὶ [Ἁ]ρποκρα[τ]ίωνι | βο[υ]λευτῇ τῆς λαμ|προτάτης πόλεως | τῶν Ἀλεξανδρέων | εὐξάμενοι καὶ εὖ | τυχόντες ἀνεθήκαμεν ἐπ' ἀγαθῷ. | Χρυσάνθινα (in corona). [= *Iovi Soli magno Sarapidi diisque contubernalibus* (a), *amatissimum diis avum* (b), *M(arcus) Aur(elius) Sarapion, palaestrita eximius, cum patre M(arco) Aurelio) Demetrio, qui et Harpocration* (b), *buleuta* (= decurio) *splendissimae civitatis Alexandrinorum voto suscepto et voti compotes posuimus feliciter. — Chrysanthina* (c)].

In Portu. — Commentavit Gatti, *Bull. d. comm. arch.*, 1886 p. 178 sqq. — (a) Sic Kaibel, putans statuam avi qui Chrysanthina vicisset, dedicatam esse: παιδίον legit Gatti, intelligens dicatam imaginem fuisse Harpocratis infantis Isidi carissimi: obstat articulus τὸν. — (b) sc. vocatur; agnomen est. — (c) Ludi erant, qui Sardibus celebrabantur (Eckhel, *d. n.* 3 p. 117).

**156.** (Kaibel 917). — Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ ἐπανόδου | καὶ αἰδίου διαμονῆς τῶν κυρίων | αὐτοκρατόρ(ων) Σεουήρου καὶ Ἀντωνίνου | καὶ Ἰουλίας Σεβ(αστῆς) καὶ τοῦ σύνπαντος | αὐτῶν οἴκου καὶ ὑπὲρ εὐπλοίας | παντὸς τοῦ στόλου τὴν Ἀδράστιαν | σὺν τῷ περὶ αὐτὴν κόσμῳ | Γ(άιος) Οὐαλέριος Σερῆνος νεωκόρος | τοῦ μεγάλου Σαράπιδος, | ὁ ἐπιμελητὴς παντὸς τοῦ | Ἀλεξανδρείνου στόλου | ἐπὶ Κλ(αυδίου) Ἰουλιανοῦ ἐπάρχου | εὐθενείας. [= *Pro salute et reditu et pro perpetuitate ac perennitate dominorum imperator(um) Severi et Antonini et Iuliae Aug(ustae) totiusque domus eorum, et pro bona navigatione totius classis* (b) *Adrastiae* (c) *statuam omni cultu ornatam [dedicavit] G(aius) Valerius Serenus, neocorus magni Sarapidis* (d), *procurator totius classis Alexandrinae, Claudio Iuliano praefecto annonae* (e)].

*Fiumicino.* — Commentavit Lanciani, *Bull. d. Inst.* 1868 p. 234 sqq. — (a) Spectat ad iter quod Severus in Aegyptum fecit. — (b) Classis est Alexandrina annonaria. — (c) Adrastia eadem quae *Nemesis*, vel *Fatum* aut ipsa *Necessitas* absolute habita. — (d) Serenus neocorus magni Sarapidi occurrit in lapidibus Kaibel n. 919 seqq. — (e) Claudius Iulianus praefectus fuit annonae a. p. Chr. 201.

**157.** (2901). — (a) Γ. Βαλέριος Ἑρμαΐσκος ἐποίησεν | Σαραπεῖον Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ | Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς. [= *C(aius) Valerius Hermaiscus fecit Sarapeum Iovi Soli magno Sarapidi et diis contubernalibus*]. — (b) Domus C(ai) Valeri Hermaisci templum | Sarapis schola Faustiniana fecit. C(aius) Valerius Hermaiscus dedic(avit) idib(us) | Dec(embribus) Barbaro et Regulo co(n)s(ulibus) (a).

Praeneste (*Palestrina*). — (a) a. 157. — Sarapidi et Isidi dicatus lapis C. n. 7427 inter Bovillas et Castrimoenium repertus.

**158.** (2899). — Securit(ati) Aug(ustae) sacrum. | Decurion(es) populusque | coloniae Praenestin(ae).

Praeneste (*Palestrina*). — Cfr. n. 149.

**159.** (2458). — .... Phileros | ex decreto (triginta)virum (ᵃ) | sacellum (ᵇ) Semoni | Sanco (ᶜ) de sua | pecunia fecit.

Castrimoenii (prope *Marino*). — (ᵃ) « Trigintaviri videntur esse decuriones Castrimoenienses » Dessau. — (ᵇ) Cfr. Liv. 8, 20: *Sacellum Sangus adversus aedem Quirini.* — (ᶜ) Preller 2³ pag. 270 sqq.

**160.** (49). — Silvano (ᵃ) sac(rum). T(itus) Flavius | Aug(usti) lib(ertus) Primigenius, | tabularius | adiutor.

In Portu. — (ᵃ) Nota Silvano dedicationes omnes, quas hic edimus, a libertis vel servis factas esse: cfr. C. n. 48 (Ostia). *Silvano* est etiam dicatus lapis Galenus C. n. 2791.

**161.** (2092). — Silvano sacrum. | D(ecimus) Granius Pal(atina tribu) Celer flam(en) maximus.

Lanuvii (*Civita Lavinia*). — « Granius Celer eum patrem non citet, videtur fuisse libertinus: et convenit tribus Palatina » Dessau. Flamines fieri Lanuvii etiam eos potuisse, qui ab honoribus arcerentur notat Dessau ad n. 2115.

**162.** (50). — Silvano *sac(rum)*. | Successus, Agathemeri (imperatoris) T(iti) Caesaris Aug(usti) ser(vi) (*p*aterni vicarius (ᵃ) (*v*)otum posuit.

Ostiae. — (ᵃ) Intellige: *Successus, vicarius Agathemeri, servi paterni imperatoris,* etc.

**163.** (52). — Silvano | sancto (ᵃ) sac(rum). | Dorotheus Aug(usti) | lib(ertus) proc(urator) | massae | Marianae) (ᵇ) s. d. d. (ᶜ)

Ostiae. — (ᵃ) *Sanctus* est epitheton fere peculiaris Silvani: cfr. Preller 1³ p. 396. — (ᵇ) Massa dicitur saepe de metallis rudibus et infectis. Massa Mariana a monte Mariano in Hispania, inde Ostiam procuratori mittebatur. Cfr. Hirschfeld, Verwaltungsgesch. 1 p. 78. — (ᶜ) *Silvano* [vel *signum*] vel simile quid; *d*(onum) *d*(edit)?

**164.** (3456). — Sancto Silvano votum. Ex viso | ob libertatem (ᵃ) | Sex(tus) Attius Dionysius sig(num) cum base d(onum) p(osuit).

Sublaquei (*Subiaco*). — (ᵃ) Cfr. nota ad n. 160.

**165.** (51). — Votum Silvano. (A)ra(m) sac(ram) (?) nam Aug(ustam). Genio (?) sacomar (ᵃ). P(ublius) Aelius Trophimi Aug(usti) l(iberti), proc(uratoris) prov(inciae Cretae, lib(ertus) Syneros (ᵇ) et Trophimus et Aelianus fili. | Decurionum decreto. Dedicata k(alendis) Octobr(ibus), | M(anio) Acilio Glabrione, C(aio) Bellico Torquato co(n)s(ulibus) (ᶜ).

Ostiae. — (ᵃ) Quid sit *sacomarium* (?) ignoratur. — (ᵇ) Intellige: *Publius Aelius Syneros, libertus* [*Publii Aelii*] *Trophimi, liberti Augusti, procuratoris*, etc. — (ᶜ) a. 124.

**166.** (53). — C(aius) Atilius Bassi sacerdotis lib(ertus) Felix (ᵃ), apparator (ᵇ) M(atris) d(eum) M(agnae), signum Silvani dendrophoris Ostiensibus d(onum) d(edit).

Ostiae. — (ᵃ) I. e. *Caius Atilius Felix, libertus* [*Cai Atili*] *Bassi sacerdotis* (*Matris deum*?). — (ᵇ) De Ruggiero s. v.

**167.** (3566). — *Tabula marmorea, in qua scariphatum est sacrificium Mithriacum. In femore destro tauri:* Amyeus Seronensis (ᵃ). — *In ventre tauri:* Deo Sol(i) invict(o) Mithr(a)e (ᵇ). — *In collo tauri:* Nama Sebesio (ᶜ).

Tibure (*Tivoli*). — (ᵃ) « Eadem vocabula (nisi quod pro *Seronensis* est *Seronesi*) leguntur in tabula anaglypha Mithriaca ex spelaeo Capitolino .... (C. VI n. 719).... De verbis *Nama Sebesio* cfr. *Nama cunctis* n. 3567 v. 9 [= *nobis 161*] egerunt multi, post alios Lajard *recherches sur le culte de Mithra* p. 678 sq., qui ex Persarum lingua ea explicavit: contra *Amyeus Seronensis* vocabula tabulae Capitolinae plerique pro noviciis habuerunt, non recte, ut ex hac inscriptione apparet » Dessau. — (ᵇ) Preller 2³ p. 408. Lajard o. c. — *Soli invicto Mithrae* dicati sunt C. n. 3568 (Tibur), 56 (Ostia); *invicto deo Soli* n. 55 (in Portu); *Soli* n. 2583 (Tusculum): *pro salute et reditu et victoria* imperatoris cuius nomen erasum est dicata est *Soli* inscriptio C. n. 2255, in agro Albano reperta.

**168.** (3567). — Soli invicto Mithrae. | Sicuti ipse se in visu | iussit refici, | Victorinus, Caes(aris) n(ostri) | verna dispensator, | numini praesenti (ᵃ) suis inpendis reficiendum | curavit dedicavitque. | Nama cunctis (ᵇ) | .... antistitae | .... lio Magna.

Tibure (*Tivoli*). — (ᵃ) dativus est commodi: intellige Numini faventi, propitio. — (ᵇ) Cfr. n. 167.

**169.** (58. 59). — C(aius) Caelius | Ermeros ant[i]stes huius lo|ci fecit sua | pec(unia). — *In latere sinistro:* Positi XV k(alendas) Febrarias Q(uinto) Iunio Rustico, L(ucio) Plaut[*io*] Aquilin[*o*] co(n)-[*s(ulibus)*] ([a]).

Ostiae. — In duobus cippis, qui figuram ministri sacrorum Mithriacorum habent. — ([a]) a. p. C. 152.

**170.** (61). — A(ulus) Decimius A(uli) f(ilius) Pal(atina tribu) Decimianus aedem | cum suo pronao ipsumque deum Solem Mithra(m) | et marmoribus et omni cultu sua p(ecunia) restituit.

Ostiae.

**171.** (62). — L(ucius) Tullius Agatho | deo invicto Soli | Mithrae aram d(onum) d(edit) | e. an. que (*sic* = eamque) dedicavit ob | honore(m) dei. M(arco) Aemilio | Epaphrodito patre ([a]).

Ostiae. — ([a]) De *patre*, summo cultui dei Mithrae initiato, v. Preller 2[3] p. 417. Idem vir redit in lapide C. n. 63: *M(arco) Aemilio epaphrodito patre et sacerdote.*

**172.** (64). — Sig(num) imdeprehensivilis ([a]) dei L(ucius) Sextius Karus ([b]) et G(aius) Valerius Heracles, sacerdos, s(ua) p(ecunia) p(osuit).

Ostiae. — Sub anaglypho, quo sacrificium Mithriacum repraesentatur. — ([a]) Preller 2[3] p. 418. — ([b]) Videtur postea additus.

**173.** (65). — C(aius) Valerius Heracles, pat(er), | et C(ai) Valerii | Vitalis et Nico mes, sacerdo tes, s(ua) p(e)c(unia) p(o)s(ue)r(unt). | D(e)d(icatum) ([a]) idi(bus) Aug(ustis), imp(eratore) Com(modo) sextum) et | Septi[m]iano | co(n)s(ulibus) ([b]).

Ostiae. Sub simulacro Mithrae. — ([a]) Proposuit Mommsen. — ([b]) a. 190.

**174.** (66). — C(aius) Valerius Heracles pat[*e*]r e[*t*] an[*tis*]tes dei iu[*b*]enis inconrupti So[*l*]is invicti Mithra[*e*] | c[r]yptam palati ([a]) concessa[*m*] sibi a M. Aurelio([b]) ....

Ostiae in specu inscriptionibus et Mithrae simulacris exornato. Titulum illustravit De Rossi *Bull. d'arch. crist.* Ser. 2 a. 1 p. 156 sqq. — ([a]) « Del Palatium di Ostia questa è la prima notizia che viene in luce. Credo che esso sia quel magnifico edificio, cui è stato dato il nome di terme.... » De Rossi. De cryptis, cultui Mithrae addictis, v. Preller 2[3] p. 412 sqq. — ([b]) Ad M. Aurelium Commodum rettulit De Rossi, quod non certum est: eius aetatis certe titulus est (cfr. n. 166).

**175.** (2158). — Spei | Teucus | Mulvio | don(um) d(edit).

Ariciae (*Ariccia*). — « Si recte excepta, priscae aetatis est, *Teucus* praenomen, *Mulvio* idem quod *Mulvius* » Mommsen ad lapidem.

**176.** (2093). — Tempestatibu[*s*] | M(arcus) Laberius C(ai) f(ilius) | dat.

Lanuvii (*Civita Lavinia*).

**177.** (67 add.). — Sex(tus) Annius Merops | honoratus dendrophoris | Ostiensium signum Terrae Matris | d(onum) d(edit). Dedicat(um) XIII k(alendas) Mai(as) L(ucio) Cuspio Rufino, | L(ucio) Statio Quadrato co(n)s(ulibus) ([a]).

Ostiae. — ([a]) a. p. C. 142.

**178.** (2902). — Turpeno patr(i) ([a]) C(aius) Vatron(ius), L(ucius) Orcev[*i*]us pr(aetores). — *In latere destro:* .... alin.... ([b]).

Praeneste (*Palestrina*). — ([a]) Preller 2[3] p. 138. « Turpenus pater aliunde non notus est » Dessau. — ([b]) « Litteras quae leguntur in latere nemo adhuc intellexit: officinatoris notae sunt Garruccio, fortasse recte » Dessau.

**179.** (2387). — Vediovei patrei | genteiles Iuliei ([a]). — *In latere dextro:* Vedi[*or*]ei .... aara. — *In parte postica:* Leege Albana ([b]) dicata.

Bovillis (prope *le Fratocchie*). — ([a]) « Ex gentibus Romanis, quae originem ab Alba Longa repetebant, Iulii certe sacra gentilicia Bovillis facere solebant, teste inscriptione n. 2387 aetatis Sullanae vel fortasse etiam antiquioris » Dessau p. 231. Cfr. Preller 1[3] p. 263 sq. — ([b]) De Ruggiero s. v. *Albana* 1 p. 386.

**180.** (2903). — Veneri Genetrici ([a]), Fortunae .... ([b]) Vibia Secund .... l....

Praeneste (*Palestrina*). — ([a]) Preller 1[3] p. 443. — ([b]) « 2 fin fuit aut R aut B; .... potest fuisse r[*educi*] » Dessau Cfr. Preller 2[3] p. 187. — *Veneri* dicatus est titulus Ostiensis C. n. 4127, *Veneri*, fortasse *Erucinae* (Preller 1[3] p. 437) titulus Tusculanus n. 2584.

**181.** (3569). — Iulia L(ucii) f(ilia) [*G*]ratil[*l*]a | Veneri obsequenti | d(e) s(uo) l(ibens) m(erito).

Tibure (*Tivoli*). — « Suspicione non caret » Dessau.

**182.** (2793). — Veneri Verae Felici Gabinae (¹) | A(ulus) Plutius Epaphroditus, accensus) velat(us) (²), negotiator sericarius, templum cum | signo aereo effigie Veneris (³), item signis aereis n(umero quattuor) dispositis in zothecis et | balbis = *valvis* aereis et aram aeream et omni cul'u a solo sua pecunia fecit. Cuius ob | dedicationem divisit decurionibus singulis denarios quinos), item (se)viris) Aug(ustalibus) singulis denarios ternos), item taber nariis intra murum negotiantibus (⁴) (denarios singulos), et (sestertium decem) m(ilia) n(ummum) reipublicae) Gabinorum) intulit, ita ut ex usuris eiusdem summae quodannis (quarto) kalen(das) Octobr(is) die natalis Plutiae Verae | filiae suae decuriones) et (seviri) Augustales) publice in triclinis suis epulentur: quod si | facere neglexserint, tunc ad municipium Tusculanorum sestertium decem) m(ilia) n(ummum) pertineant, | quae confestim exigantur. Loco) dato decreto decurionum) (⁵). | Dedicata i(dibus Mais L(ucio) Venuleio Aproniano (iterum), L(ucio) Sergio Paullo (iterum) co(n)s(ulibus) (⁶).

Gabus (*Pantano*). — (¹) « Filiam nomine Veram A. Plutius Epaphroditus ... dedicavit sub imagine Veneris appellans eam Venerem Veram tentem Gabinam » DESSAU. Cfr. de Venere Gabina, Preller I⁴ p. 437. — (²) De Ruggiero I p. 18. — (³) « Homines divites Gabiis non accedavisse inde apparet quod tabernarii, desperate, sancen aliqui genus, locum ... fuerunt » DESSAU p. 278, qui locum D. nysii 4. 53 affert: νῦν μὲν οἰκεῖται ..., πᾶσα πλὴν ὀλίγα μέρη πανδοχεύεται κατὰ τὴν ὁδόν. — (⁴) a. p. C. 169.

**183.** (3485). — Imp(erator) Caesar Vespasianus | Augustus), pontifex maximus, trib(uniciae) | potestatis, censor, aedem Victoriae | vetustate dilapsam sua impensa | restituit.

Vacine (*Vicovaro*). — De hac aede et de coniecturis Holstenii et aliorum v. quae adnotat DESSAU.

**184.** (2257). — Victoriae aeternae) d(omini) n(ostri) imp(eratoris) Caes(aris) Marc(i) | Aureli *Antonini* (¹) | Pii Fel(icis) Augusti), ponti *f(icis)* | maximi, trib(unicia) potestate III *I* = *tertium*), co(n)s(uli) tertium) (²), p(atris) p(atriae), divi Seve ri nepotis, ' leg(io secunda) Parthica Antoni*ni*ana p(ia) | f(elix) f(idelis) aeterna), devota numini *m(aiestati)q(ue)* e ius.

In agro Albano. — (¹) Nomen *Antonini* erasum est. Est Elagabalus. — (²) a. 220. — *Victoriae Augusti* dicatus est lapis Tusculanus C. n. 2585; *Victoriae Augustorum* lapis Ostiensis C. n. 68.

**185.** (2258). — Victoriae reducis d(ominorum) n(ostrorum) | *imp(eratoris) Caes(aris)* *M(arci) Iulii Philippi* (¹) pii f(elicis) Augusti) et *Otaciliae Severae* (²) Augustae) *con(iugi)* d(omini) n(ostri) milites leg(ionis secundae) | Parthicae) *Philippianae* (³) p(iae) f(elicis) f(idelis) | aet(ernae), qui) m(ilitare) c(o)eperunt) Oclatin*i*o Advento co(n)s(ule) quorum nomina cum tribus et patri is (⁴) inser'a sunt, devo ti numini maies'ati que eorum dedicaverunt) X k(alendas) Au gustas) Peregrino et Aemiliano (⁵). In his | (centuriones) et evok(ati) Augusto rum) n(ostrorum) curam) age*n*'e Pomponio) Iuliano) r. ( ) leg(ionis) eius.

In agro Albano. — (¹) Verba IMP....: PHILIPPI: OTACILIAE SEVERAE: CON...: PHILIPPIANAE erasa sunt. — (³) In latereulis militum nomina militum cum tribu et patria indicantur. — (⁴) i. e. consulibus a. 244. — (⁵) Quid *r* sit, non intelligimus.

**186.** (69). — Virtutem dendrophoris ex argenti) pondo duobus) | Iunia Zosime | mater ( ) | d(onum) d(edit).

Ostiae. — Cfr. n. 136.

**187.** (3571). — Lapides profaneis intus sacrum.

Tibure (*Tivoli*).

**188.** (Kaibel 918). — Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ διαμονῆς | τοῦ κυρίου αὐτοκράτορος Κομμόδου Σεβαστοῦ ( ) οἱ ναύκληροι τοῦ πορευτικοῦ Ἀλεξανδρείνου στόλου. = *Pro salute et aeternitate domini imperatoris Commodi Augusti domini navicu(larii) classis Alexandrinae* ( ) *annonariae*.

Ostiae. — (¹) Κομμόδου Σεβαστοῦ erasum est — De Ruggiero I p. 400; non est nota classis Alexandrina.

**189.** (Kaibel 923). — Ἰ.... ναύκληρος ὑπὲρ τῆς τῶν κυρίων σωτηρίας καὶ τοῦ λαμ-

[πρ....?] θεῷ ἀνέθηκα [= *dominus navis pro salute dominorum et.... deo votum solvit*].

In Portu.

**190.** (Kaibel 922). — Ὑπὲρ ὑγίας καὶ νίκης αὐτοκ[ρ(άτορος) Καίσ(αρος) Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνίνου] | καὶ Ἰουλίας Σεβαστῆς μητρ[ὸς Σεβαστοῦ καὶ στρατοπέδων] | Φιλικίσσιμος εὐξάμ[ενος....] [= *Pro salute et victoria imperatoris Caesaris Marci Aureli Antonini et Iuliae Augustae matris Augusti et castrorum Felicissimus votum libens solvit*].

Ad Portum.

**191.** (2906). — (*a*) C(aius) Magulnius C(ai) f(ilius) | Scato Maxs(imus), | C(aius) Saufeius C(ai) f(ilius) Flaccus | pr(aetores) (*a*) | sacraverunt.

(*b*) C(aius) Saufeius C(ai) f(ilius) Flaccus, C(aius) Magulnius C(ai) f(ilius) Scato Maxs(imus) pr(aetores) sacraverunt.

Praeneste (*Palestrina*). — (*a*) Cfr. n. 168.

**192.** (70). — .... d(onum) d(edit) | M(arco) Cerellio | Hieronymo patri | et sacerdoti suo | eosque antistes s(upra) s(criptus) | deo libens dicavit.

Ostiae. — « Haec quoque basis sustinuisse videtur signum numinis sive numinum duorum (nam id videtur indicare quod v. 5 scriptum est *eos*) donatum sive dendrophoris (quo ducit locus ex quo statua prodiit) sive alii cuidam collegio. Eas donationes ita factas esse, ut signa donarentur sacerdoti, ab hoc deo dicarentur, ex hac inscriptione discimus » Dessau.

**193.** (71). — .... [*q(uin)q(uennalis)* (*a*) iterum) et patronus | corporis dendrophorum Ost(iensium) ex | arg(enti) p(ondo) III ded(icavit) VIII k(alendas) | Mai(as) Domitio Dextro (iterum) et Thrasia Prisco | co(n)s(ulibus) (*a*).

Ostiae. — (*a*) a. p. C. 196.

**194.** (2590). — [*D*]edicat .... VIII k(alendas) Iul(ias) | [*Commodo*] *Aug(usto quintum*) et | [*Gla*]brione (iterum) co(n)s(ulibus) (*a*). Locus datu[*s* | *a*] Cestio Rufo curat(ore) operi[*s* (*b*), | *ae*]dil(itate) L(ucii) Avilli Metiliani et | .... Vibi Rufi (*c*).

Tusculi (prope *Frascati*). — (*a*) A. p. C. 186. — (*b*) « Praestat fortasse *curat. operu*[m] » Dessau. — (*c*) Cfr. n. 109.

**195.** (2905). — ....m (*a*) | sacrum. | .... qui ....s mil(es) | [*coh(ortis*) ....] III pr(aetoriae) (centuria) Aquilli, | [*verers*]us de expeditione (*b*) | [*v(otum*)] s(olvit) l(ibens) m(erito), | [*imp(eratore) L(ucio) Au*r(*elio*)] Vero (tertium) et | [*Qu*]adrato co(n)s(ulibus) (*c*).

Praeneste (*Palestrina*). — (*a*) [*Fortunae Pri*]*m(igeniae*) supplevit Stevenson, *I(ovi) o(ptimo) m(aximo*) proponit Dessau. — (*b*) De hac expeditione v. Cicerchia in *Bull. d. Inst.* 1883 p. 187 sqq. Schiller, *Gesch. der röm. Kaiserz.* 1 p 644 sqq. — (*c*) a. 167.

**196.** (72). — M(arcus) Acilius A(uli) f(ilius) Vot(uria tribu) Priscus Egrilius Plarianus, | praef(ectus) aerari militar(is) (*a*), pontif(ex) Volcani et aedium | sacrar(um) (*b*), p(atronus) c(oloniae), clupeum argent(eum) cum imagine aurea (*c*) d(onum) d(edit), l(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum).

Ostiae. — (*a*) Sub Antonino Pio, cfr. De Ruggiero I p. 308. — (*b*) Cfr. n. 154. — (*c*) Cfr. n. 90.

**197.** (2588). — .... | .... una | .... issima (*a*) | T[*u*]sculanae | C(aius) Prastina | Pacatus co(n)s(ul) (*a*).

Tusculi (prope *Frascati*). — Sacrum esse titulum non certum, sed verisimile esse notat Dessau. — (*a*) a. 147.

**198.** (2589). — L(ucius) Tettius | Hermetio, | s(e)x)vir Aug(ustalis), | sacerdos | Isidis, v(otum) l(ibens) s(olvit).

Tusculi (prope *Frascati*).

**199.** (73). — Imperio (*a*) | Q(uintus) Ostiensis | Felix | aedituus aedis Romae et Aug(usti) | fecit.

Ostiae. — (*a*) dei.

**200.** (74). — Thiasus | Acili Glabrion(is) inperatu(s) (*a*) aram | fecit dominae.

Ostiae. — (*a*) Sc. a dea domina.

**201.** (3434). — Ex imperio | dominae ([a]) | sacrum. | Vi. ([b]) Pumidius Rusticus et | Vipsania Tertia.

*Pisciano.* — ([a]) Cfr. n. 200. — ([b]) « Marinius putat [*VI*] significari Sextus praenomen, vix recte » DESSAU.

Aliae praeterea sacrae supersunt inscriptiones, quae cui deo dedicatae sint incertum est aut quia ipsae tacent, aut quia non integrae sunt: C n. 75-81. EE. 7, 1196 (Ostia), 2042 (Laurentes vico Augustano). 2586-2587 a. (Tusculum, prope *Frascati*) 2767 (Labici prope *Monte Compatri*). 2907-2909 (Praeneste, *Palestrina*). 2792 (Gabii, *Pantano*). 3573 (*in epistylio aedis rotundae* Tibur, *Tivoli*) 3913 (Aquae Albulis). — Specula et vascula Praenestina v. in instrumentis.

## II. — Inscriptiones Augustorum domusque Augustae.

**202.** (2095). — [*Di*]vo Aug(usto) | .... L(uci) f(ilius) Valerius Catull(us) ([a]) co(n)s(ul) .... | .... Catullus pontif(ex) ....

Lanuvii (*Civita Lavinia*). — ([a]) « Fortasse Valerius Catullus is cuius meminit Suetonius Gai. 36. Cfr. Borghesi opp. 5 p. 528 » MOMMSEN.

**203.** (2459). — [*Imp*(*eratori*) *Caesari, divi fil*(*io*), | *August*]o, | [*pontif*(*ici*) *maxi*]m(o), co(n)s(uli decimum tertium), | [*imp*(*eratori decimum quartum*), *trib*(*unicia*) *p*]otestat(e vigesima quarta) ([a]). | [*patri*] patriae | [*Castri*]moenienses .... o ([b]).

Castrimoenii (prope *Frascati*). — ([a]) a. u. c. 754 5. — ([b]) « Fortasse [*patron*]o » DESSAU.

**204.** (2230). — [*M*(*arco*) *Agrippae* c]o(n)s(uli ter[*tium*), | *trib*(*unicia*) *potestat*]e (sextum) | .... patrono.

In monte Albano (*Monte Cavo*). — ([a]) a. 741/2 u. c. V. Vaglieri in De Ruggiero 1 p. 369. — Ad Agrippam spectat titulus Ostiensis C. n. 82.

**205.** (3575). — Liviae Caesaris | Augusti ([a]) | publice.

Tibure (*Tivoli*). — ([a]) sc. uxor.

**206.** (2910). — (*a*) [*Lucio*) *Caesari*, *Aug*]usti f(ilio), divi [*nepoti*, | *principi*] iuventu[*tis*, c]o(n)s(uli) desig[*nato*] .... populus .... | .... rono ....

(*b*) Ti(berio) [*Caesari*], Aug(usti) f[*ilio*], divi [*nepoti*], tribun[*icia potestate*] .... es....

Praeneste (*Palestrina*). — « Eiusdem tituli fragmenta esse non certum sed verisimile est. V. 5 videtur legendum esse [*decuriones*] | *populus*[*que Praen*]*es*[*tini*], v. 6 fortasse [*pat*]*rono* » DESSAU.

**207.** (2911). — [*Ti*(*berius*) *Caesar, divi August*]i f(ilius), divi Iulii n(epos), August[*us*, | *pontifex max*(*imus*), *co*(*n*)*s*(*ul*) *des*]ign(atus tertium), imp(erator octavum) trib(unicia) potest(ate undevigesima) ([a]) ....

Praeneste (*Palestrina*). — ([a]) a. p. C. 18. — Ad Tiberium spectat lapis Nomentanus C. n. 3948.

**208.** (2591). | [*Ti*(*berio*) *Caesari divi Augusti fil*(*io*), | *divi Iuli n*(*epoti*) *Augusto*], | pontif(ici) | max(imo), co(n)s(uli) [*quartum*)], | imp(eratori octavum), trib(unicia) pot(estate trigesima secunda) ([a]) ex s(enatus) c(onsulto).

Tusculi (prope *Frascati*). — ([a]) a. 30/31.

**209.** (2592). — [*Ti*(*berio*) *Caesari*, *divi Au*]gusti f(ilio), divi Iuli n(epoti) Aug[*usto*, | *pontifici ma*]ximo, trib(unicia) potest(ate trigesima quarta) ([a]), co(n)s(uli quintum), imp(eratori octavum) .... L. Priscus filius curator lusus [*iuvenalis*] ([b]).

Tusculi (prope *Frascati*). — ([a]) a. 32/3. — *Lusus iuvenalis* collegium est Tusculanum.

**210.** (3448). — Ti(berio) Caesari, divi Aug(usti) f(ilio), Augusto, | pontifici maximo, | trib(unicia) potest(ate trigesima quinta), | co(n)s(uli quintum), ([a]) M(arcus) Castricius M(arci) f(ilius) Men(enia tribu) Mutro | quinq(uennalis) ([b]) d(e) s(uo) posuit).

Trebae Augustae (*Trevi nel Lazio*). — ([a]) a. p. C. 33/4. — ([b]) Trebae.

**211.** (3912). — (*a*) [*Germ*]anico Caesari, | [*T*]i(beri) f(ilio), Augusti n(epoti), auguri, q(uaestori) ....

(*b*) Im[*p(eratori Caesari divi f(ilio....*]

Nomenti (*Mentana*). — Hoc fragmentum superesse ex monumento dedicato Augusto et Tiberio, Germanico et Druso, inter annum p. C. 7, quo Germanicus quaestor fuerat, et a. 12, quo primum consul processit credit Dessau; nam consulatum adepto quaestura vix esset adscripta.

**212.** (83). — Germanico | Caesaris, Ti(beri) Caesaris | Aug(usti) f(ilio), | decurionum | [*decreto*].

Ostiae.

**213.** (84). — [*D*]ruso [*Caesari Ti(beri) Caesaris Aug*]usti f(ilio).

Ostiae.

**214.** (2096). — .... | .... divi Augusti.... | .... *pontifici ma*]ximo co(n)s(uli sextum) (ª) .... | .... ex [*decreto*]... | .... (sex)viri .... | .... os P(ublius) Tettiu[*s* .... | .... *H*]ymeneus, L(ucius) Siciniu[*s* .... | *mulsum et crustu*]lum populo dederunt k(alendis) ....

Lanuvii (*Cività Lavinia*). — (ª) « Quadratarius erraverit necesse est (de lectione dubitare nos vetuit inspecto lapide Huelsenus), nam ex posteris divi Augusti consulatum sextum nemo gessit » DESSAU.

**215.** (3576). — [*Di*]vae Drusillae | sacrum. | [*C(aius) R*]ubellius C(ai) f(ilius) Blandus (ª), | [*q(uaestor)*] divi Aug(usti), tr(ibunus) pl(ebis), pr(aetor), co(n)s(ul), [*pr*]oco(n)s(ul), pontif(ex).

Tibure (*Tivoli*). — (ª) Cfr. quae de isto viro domui imperatoris adfini Dessau adnotat. Cfr. n. 115.

**216.** (2097). — Senatus p(opulus)q(ue) Lan(i)vinus ex p(ecunia) p(ublica) | Ti(berio) Claudio Caesari Aug(usto) Germanico, pont(ifici) maximo, tr(ibunicia) pot(estate) iterum) (ª), | C(aio) Caecio Pulchro dictatore (ᵇ), P(ublio) Autronio Celso, L(ucio) Laberio Maximo aed(ilibus).

Lanuvii (*Cività Lavinia*). — (ª) A. 42/3. — (ᵇ) Summus erat magistratus Lanuvii. — Ad Claudium spectat fistula plumbea Lanuvii reperta C. n. 2085 et fortasse fragmentum C. n. 2159.

**217.** (85). — Ti(berius) Claudius Drusi f(ilius) Caesar | Aug(ustus) Germanicus, pontif(ex) max(imus), | trib(unicia) potestate sexta) (ª), co(n)s(ul) design(atus quartum), imp(erator) duodecimum), p(ater) p(atriae) | fossis ductis a Tiberi operis portu[*s*] caussa emissisque in mare urbem | inundationis periculo liberavit (ᵇ).

In Portu. — (ª) a. 46. — (ᵇ) Cfr. Dessau p. 6.

**218.** (2794). — ... | .... ustian qui ... | [*flamen(?) perp*]etuus ade ... | .... ir Aug. IIII viri ... | [*ludos sca*]enicos et ... | .... [*e*]t decurio[*n*.] ... | .... cum prin ... | .... mi cum ... | « *sequuntur tres lineae desperatae lectionis* » FABRETTI) | .... Aug., Drusi patris, Germanici Caesaris, Drusi Cae[*saris*, | *Ag*]rippinae aviae Neronis Caesaris Germanici | . .. Antoniae Aug(usti) f(iliae) et clupea inaurata (sex)(?) et ... | .... tile una cancellos acerneos pod ... |

Gabiis (*Pantano*). — « V. 11-14 homines domus imperatoriae, quorum imagines (cfr *clupea inaurata* v. 13) hoc titulo videntur esse dedicatae, agnoscuntur hi: 1) *Drusus pater*, intellige Claudii Augusti, sub quo titulus scriptus est et cuius nomen fortasse praecedebat; 2) *Germanicus Caesar*; 3) *Drusus Caesar* Tiberii filius potius quam Germanici; 4) *Agrippina* Germanici uxor, *avia Neronis Caesaris Germanici*; 5) *Antonia* (Ti. Claudii) *Augusti filia*. Titulus scriptus est post adoptionem Neronis et ante mortem Claudii, id est inter annos 51 et 54. Quot nomina perierint non constat (vix enim v. 13 legendum est *clupea inaurata sex*), nec magis liquet qua ratione vivos et mortuos coniunxerit is qui titulum dedicavit » DESSAU.

**219.** (NS. 1891 p. 58). — Neronis Claudi Caesaris.

Tusculi (prope *Frascati*). In fistula plumbea.

**220.** (1191). — Imp(eratori) Caesari | Vespasiano Aug(usto), | pontif(ici) max(imo), tr(ibunicia) p(ot(estate) iterum), | imp(eratori sextum), p(atri) p(atriae), co(n)s(uli tertium), desig(nato quartum) (ª) | [*senatus pop*]ulusque Ari[*cinus*].

In nemore Dianae (*Nemi*). « Videtur ab altera parte Titi, ab altera Domitiani nomen et honores perscriptos fuisse » DESSAU. — (ª) a. 71. — Ad Vespasianum spectat lapis C. n. 2160.

**221.** (86). — [*Imp(eratori) Caesa*]ri Vespasiano [*Aug(usto) pont(ifici)*] max(imo), trib(unicia) potest(ate septimum), | *imp(eratori decimum quartum), p(atri) p(a-*

*triae*), *c*]o(n)s(uli sextum), design(ato septimum)([a]), censori | .... Primigeni ....([b]).

Ostiae. — ([a]) a. 75. — ([b]) Nomen est dedicantis.

**222.** (2098). Tit[*o Caesari*] | Vesp[*asiano Augusto*] | s(enatus) p(opulus)q(ue) L[*anivinus*].

Lanuvii (*Civita Lavinia*).

**223.** (87). — [*Imp(eratori) Caesa*]ri divi [*Vespasia*]ni f(ilio) | [*Domitiano A*]ugust(o) | [*Germanico po*]ntifici maximo....

**1036.** (6422). — Ex auctoritate im(p)eratoris) Caes(aris) | M(arci) Aurelii Antonini Pii Felic(is) | Aug(usti) Parthic(i) max(imi), Britt(anici) max(imi), | pont(ifici)s) max(imi) et decreto coll(egi)—(quindecim)virum sac(ris) fac(iundis) Servius Calpurnius | Domitius Dexter ($^a$), promagist(er), aram | Circes ($^b$) sanctissimae restituit. | Dedicat(a) XVII k(alendas) Iul(ias) imp(eratore) Antonino | Aug(usto quartum), Balbino (iterum) co(n)s(ulibus) ($^c$).

Circeiis (*Paola*). — ($^a$) Cfr. C. VI 1368. 1369. — ($^b$) Cfr. Preller 1² p. 412. — ($^c$) a. 213.

**1037.** (5159). — M(arcus) Papius M(arci) filius), L(ucius) Matrius L(uci) f(ilius), | duoviri i(ure) d(icundo), | signum Concordiae ex c(onscriptorum) c(onsilio) restituendum | coeraverunt eidemq(ue) dedicarunt | et basim, gradum, aram sua pecunia | faciunda coer(averunt) eidem(que) probaver(unt) | a(nte) d(iem) IIII eidus) Oct(obris) Cn(aeo) Domit(io), C(aio) Asini(o) co(n)s(ulibus) ($^a$).

Casini (*Cassino*). — ($^a$) a. u. c. 714.

**1038.** (6508). — M(arcus) Aulius C(ai) filius) | Buxsus, | L(ucius) Saleivius L(uci) libertus) | Philocles | signum, basim | Concordiae | dant.

Corae (*Cori*).

**1039.** (5574). — Concordiae | ex s(enatus) c(onsulto).

Fabrateriae novae (*La Civita* prope *S. Giovanni in Carico*).

**1040.** (1551). — Concordiae | sacrum. | (Lolii duo) Avi Gallinat.... | et Celer, | Augustales.

Puteolis (*Pozzuoli*).

**1041.** (1554). — .... et leonto'xasma ($^a$) deae d(ominae?) Dasyriae ($^b$) | posue(runt).

Puteolis (*Pozzuoli*). — ($^a$) « Λεοντόχασμα, ut interpretatur Minervinius, est protome leonina unde aqua salit » Mommsen. — ($^b$) i. e. Deae Syriae. Cfr. Preller 2² p. 396 sqq.

**1042.** (Kaibel 721). — Μ(ᾶρκος) Κοκκήιος Σε[βαστοῦ] | ἀπελεύθερος Καλ.... | σὺν τοῖς ἰδίοις τέκ[νοις] | Τιτίῳ Ακιλείνῳ | καὶ Φλαυίῳ Κρήσκεντι | τὸν σκύφον ἐκ λ(ιτρῶν) ρν' | οὐ(γγιῶν) δ'(καὶ ἡμισείας) | θεοῖς φρήτορσι Κυμαίων [= *Marcus Cocceius Augusti libertus Cal.... cum filiis suis Titio Aquilino et Flavio Crescente* ($^a$) *scyphum* ($^b$) *ex libris CL, unciis IIII et semuncia diis phratriis* ($^c$) *Cumanorum*] ($^d$).

Neapoli (*Napoli*) — Cfr. Frantz in CIG. 5788. — ($^a$) Nota filios nomen a patre diversum habere. — ($^b$) sacris faciundis. Frantz confert Serv. *ad Aen.* 8, 278. — ($^c$) Populus Neapolitanorum distribuebatur secundum φρητρίας sive *phretrias* (curias), quae distributio sub Romanis quoque mansit. Dii phratrii (curiales) sunt qui phretriis constituendis praeerant. Cfr. Frantz, CIG. p. 715 et Beloch, *Campanien* p. 41. 147. — ($^d$) cfr. Beloch l. c.

**1043.** (Kaibel 722). — Καιδικία Μ(άρκου) | θυγάτηρ Οὐίκτριξ | φρήτορσι θεοῖς βάσιν σκύφῳ [= *Caedicia Marci filia Victrix phratriis diis basim scypho*].

Neapoli. — Cfr. n. 1042. CIG. 5869.

**1044.** (Kaibel 723). — [Θε]οῖς Σεβ(αστοῖς) καὶ θεοῖς φρητρίοις Θεωτάδαι [= *Deis Augustis et deis phratriis diis Theotadae*] ($^a$).

Neapoli (*Napoli*). — Cfr. n. 1042. CIG. 5787 add. — ($^a$) Phretriaci.

**1045.** (Kaibel 724). — Ζωίλος Ζωίλο[υ] καὶ Ε.... ος Ζωίλου | φρητραρχήσαντες | θεοῖς [= *Zoilus Zoili filius et ....us Zoili filius ex phretarchis* ($^a$) *deis*].

Neapoli (*Napoli*). — ($^a$) Phretarcus erat qui curiae praeerat. — Cfr. n. 1042 et 1225.

**1046.** (1556). — Diis immorta'libus, deabus'que omnibus | sacrum. | T(itus) Aurel(ius) Proto'genes.

Puteolis (*Pozzuoli*).

**1047.** (3336). — Deo | magno | et Fato | bono | Val(erius) Valens, | v(ir) p(erfectissimus), praefect(us) classis Mis(enatium) | p(iae) v(indicis) Gordianae ($^a$) | votum solvit. | Θεῷ μεγίστῳ καὶ καλῇ Μοίρᾳ Οὐάλης ἀρχὴν λαχὼν ἔπαρχον Μεισηνῶν στόλου ἔστησα βωμὸν ἐκτελῶν εὐχὴν | ἐμήν.

Miseni. — ($^a$) a. 238-244.

**1048.** (1553). — Sanctissimo deo patri[*o*] ([a]) | ex voto consummavit | Iulius Secundus Faonius.

Puteolis (*Pozzuoli*). — ([a]) Genius est coloniae, cfr. Mommsen, et infra n. 1072.

**1049.** (Kaibel 715). — Εὔμηλον θεὸν πατρῷον | φρήτορσιν Εὐμηλειδῶν | Τ. Φλάουιος Πίος φροντιστὴς | ἀνέθηκεν | σὺν Τ. Φλαουίῳ Πίῳ τέκνῳ [= *Deo patrio Eumelo* ([a]) *phratriis Eumelidum* ([b]) *Titus Flavius Pius curator posuit cum Tito Flavio Pio filio*].

Neapoli (*Napoli*). — Cfr. CIG. 5786, p. 1254. — ([a]) Dii patrii erant quibus ortae phretriae Neapolitanorum gloriabantur. Cfr. n. 1042 et Frantz CIG. 3 p. 716. — ([b]) Statius (*silv.* 9, 8, 49) Neapolim felicem Eumelidem dicit.

**1050.** (3793). — Deo Scholario ([a]) Sex(tus) Firmius Charito | lunarem inargentat(am) | .... nutu | .... stauravit cancellis | circumdatis ex voto | n(umini) m(aiestati)que eius d(onum) d(edit).

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — ([a]) Lectio haud certa est.

**1051.** (6481). — Q(uintus) Nonius Q(uinti) f(ilius) Lab(eo) | aram, lucos, font(em) Dianae sacr(avit).

Ulubris (prope *Cisterna di Roma*). — Dianae est dicatus lapis item Ulubranus EE 642, et praeterea C. n. 1234 (*Nolae*) 6300 (*Tarracinae*).

**1052.** (3795). — Dianae || Tifatinae | Triviae || sacrum.

Ad *S. Angeli in Formis*. — Diana Tifatina, cuius aedes celeberrima erat in monte Tifata (hodie *S. Angelo in Formis*) qui paulo minus tribus mil. passuum a S. Maria distat, notissima est. Cfr. Beloch, *Campanien* p. 351. Preller 1[3] p. 317 sq. Birt in Roscher 1 p. 1003. De pago Tifatino qui primum locum tenebat in territorio Campano v. Mommsen C. p. 366 sq.: cfr. infra inscriptiones Capuanas.

**1053.** (3796). — Incola Tifatae ([a]), venatibus incluta virgo, | Haec, Latona ([b]), tuis statuit miracula ( ) templis | Cunctis notus homo, silvarum cultor et ipse, | Laudibus immensis vitae | qui servat honorem, | Delmatius signo ([d]), prisco | de nomine Laetus. | Credo quidem: donum nul|lis hoc antea natum | Collibus aut silvis tan|tum caput explicat umbris ([c]) | //// | //// | //// | /. . | quaeverum // u / ti | ////.

Ad *S. Angelo in Formis*. — Tractaverunt Minervini, *Bull. Nap.* N. S. 5 p. 44. 62; Nissen *Hermes* 1 p. 157. — ([a]) i. e. Diana. — ([b]) « Errore opinor carminis auctor matris nomen in filiam transtulit » Mommsen. — ([c]) Donum est, cfr. infra vv. 11 sqq. — ([d]) i. e. agnomine. « Qui dedicat Laetus agnomine Delmatius non recte habetur ab editoribus pro fratre fratrisve filio imperatoris Constantini » Mommsen. — ([e]) Intellige: nullum animal tot annorum natum in his silvis occisum est, quot habuit hoc, cuius maximum caput dicat Delmatius. — *Diana Tifatina* occurrit in signaculo aereo C. n. 8059. [illegible] quod iusti dominii et privati instar indicium est. Cfr. C. n. 4263: .... *Rufa Dianae Liberta* et inscriptiones n. 3794. EE. 472 Dianae dicatas.

**1054.** (1556). — Dusari ([a]) sacrum.

In tribus basibus Puteolis (*Pozzuoli*) rep. — ([a]) Deus Nabataeorum. Cfr. Meyer in Roscher 1 p. 1205 sq. et Mommsen.

**1055.** (5903). — Fidei suae | sacrum. Aspania Q(uinti) f(ilia) Polla, | Q(uintus) Petronius | Irenaeus | sacrarunt.

Anagniae (*Anagni*). — Coniuges ut videtur fidei suae votum solverunt. — *Fides, Spes, Fortuna* occurrunt infra in titulis Capuanis.

**1056.** (6071). — L(ucius) Fufius L(uci) l(ibertus) | Alexsander, | magisster (*sic*) quinqueannalis (*sic*), | interrexs ([a]). Fontano ([b]) | de sua pecunia | ara(m) posuit | lib(ens) m(erito) | collegiu decretu (*sic*).

Formiis (*Formia*). — Tractavit Henzen. *Ann. d. Inst.* 1856 p. 127. — ([a]) Interregem collegii nullum praeterea notum esse notat Mommsen, idem cum hoc interrege componit *ordinem regalium* lapidis item Formiani C. n. 6094. [illegible] est fortasse collegium clientium: nam patronus regis nomine appellabatur. — ([b]) Fontanus redit tantum in titulo Lusitano C. II n. 150. Cfr. Wissowa in Roscher 1 p. 1408.

**1057.** (6302). — Fortunae sacrum. | T(itus) Fl(avius) Claudianus | T(iti) filius | Aemona, [*t*]r(ibunus) [*l*]e[*g*(*ionis*)] | [illegible] Mac(edonicae), gratias agens genio familiae aram posuit.

Tarracinae (*Terracina*).

**1058.** (6555). — M(arcus) Ofasius | Firmus Marus | Cornelius Mari f(ilius)

Clu(stumina) Cossinus, | praefectus fabrum, | tribunus militum | leg(ionis quartae decimae) Gemin(ae) Victric(is), | curator lusus iuven(alis ([a]), | duum)vir, patronus colon(iae), | Fortunis Antiatibus ([b]) | d(onum) d(edit).

Velitris (*Velletri*). — ([a]) Mommsen confert tesseras plumbeas Velitris repertas inscriptas alteram: *fel(iciter) municipi(bus) Veliter(nis)* et *[Iu]rena(lia) Veliter(na) fel(iciter)*, alteram: *Gerano cura(tori) feli(citer)* et *soda(li(bus) Veliter(nis) fel(iciter)*. — ([b]) Fortunae Antiates duae erant, cultu et oraculis praeclarae. Cfr. Peter in Roscher 1 p. 1546 sqq.

**1059.** (1558). — [*Fortunae Pu*]blicae sacrum .... | [*ministra*]e(?) sacerdoti di[*vi*] | *nostri im*]peratoris Ti(beri) Claud[*i Drusi f(ili) Caes(aris) Aug*]usti Germanici, pont[*ificis* | *maximi, tr(ibunicia) pot(estate) V*]I, co(n)s(ulis tertium), desig(nati quartum) ([a]), imp(eratoris duodecimum), p(atris) p(atriae).

Puteolis (*Pozzuoli*). — ([a]) a. 46.

**1060.** (6509). — Fortunae obse[*q(uenti)*] | P(ublius) Peilius L(uci) f(ilius), C(aius) Calvius P(ubli) f(ilius), cens(ores)([a]).

Corae (*Cori*). — ([a]) Censores Corae antiquiore tempore fuerunt, postea quattuorviri.

**1061.** (5800 cfr. EE. 620). — Marcellus | n. | Fortunae | Pantheae ([a]) | d(onum) d(edit).

Aletrii (*Alatri*). — ([a]) Peter in Roscher 1 p. 1534. Drexler ib. p. 1555 sq. — *Fortuna* redit in titulis C. n. 4633 (*Calibus*). 5044 (*Atinae*). 5820 (*Ferentini*). EE. 647 (*Antii*); *Fortuna sancta*: C n. 5384 (*Aquini*); *aedes Fortunae* 6554 (*Velitris*).

**1062.** (1603). — Fulgus condit(um) ([a]).

Puteolis (*Pozzuoli*). — ([a]) cfr. Marquardt 3² p. 262 sq.

**1063.** (1235). — Genio et | Laribus ([a]).

Nolae. — ([a]) cfr. Birt in Roscher 1 p. 1620.

**1064.** (1560). — Ex imperio | Geni Alotiani ([a]) | Evaristus servi tor deorum ([b]) ex viso lib(ens) an(imo).

Puteolis (*Pozzuoli*). — ([a]) Steuding in Roscher 1 p. 256 citat Ἀλώτιαν Tegeatium, cogitans ideo de genio solis. — ([b]) Formula christiana est.

**1065.** (816). — M[*a*]mia P(ubli) f(ilia), sacerdos public(a), Geni[*o Aug(usti) s*]olo et pec[*unia sua*].

Pompeiis (*In aede Augusti*). — Cfr. Nissen, *Pomp. Studien*. p. 272.

**1066.** (1561). — Genio Caesarum | Diognetus vilic(us) fec(it).

Puteolis (*Pozzuoli*).

**1067.** (1404). — Philemonis secu(ndarum) ([a]). Mag(istri) gen(io) c(ollegi?).

Herculanei (*Resina*). — ([a]) i. e. actor, cfr. supra n. 871. Nomen effigiei subscribitur casu secundo.

**1068.** (1236). — C(aius) Catius M(arci) f(ilius), (quattuor)vir, campum publice | aequandum curavit, maceriem | et scholas et solarium, semitam | de s(ua) p(ecunia) f(acienda) c(uravit) | Genio coloniae et colonorum, | honoris causa, | quod perpetuo feliciter utantur.

Nolae (*Nola*).

**1069.** (1568). — Genio coloniae Puteolan(orum) | sacr(um). | Fortunam | Ptolemais issa ([a]), | curante | Galeria Cuprogenia matre.

Puteolis (*Pozzuoli*). — ([a]) Vocabulum *isse* (= *ipse*) in blanditiis adhibetur.

**1070.** (1562). — Pro salute | imp(eratoris) Caesaris Titi Aelii | Hadriani Antonini Aug(usti) Pii p(atris) p(atriae) et | M(arci) Alli (*sic* = *Aeli*) Aureli Caesaris n(ostri) ([a]), | Genio coloniae Puteolanorum | Chrysanthus Aug(usti) disp(ensator) a frumento (*sic*) | Puteolis et Ostis ([b]), | l(oco) d(ato) decurionum permissu.

Puteolis (*Pozzuoli*). — ([a]) a. 139-161. — ([b]) Tam Puteolos quam Ostiam appulerunt naves frumentariae urbi destinatae. Cfr. Mommsen et Hirschfeld, *Philologus* 29 p. 75.

**1071.** (1563). — Dikata | L(ucio) Venuleio Aproniano (iterum), L. Sergio Pa[*ullo (iterum) co(n)s(ulibus)*] ([a]). | Sanctissimo deo | Genio coloniae | Puteolanorum | Nemonia Calliste Nemoni | Euty-

chetis cum duobus | M(arcis) Nemonis M(arci) filiis | Eutychiano et Gemelliano, | fratribus suis et [10] | Nemonia Ianuaria filia sua | dono dant.

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) a. 168.

**1072.** (1564). — Sanctissimo deo | Genio coloniae | Puteolanorum | M(arci) Nemoni M(arci) fili | Tugurinus et | Sabinus Felix | dono dant.

Puteolis (*Pozzuoli*).

**1073.** (1567). — Pro salute et victoria Augustorum, deo magno | Genio coloniae Puteolanorum et patriae suae (a) | Q(uintus) Aurelius Hermadion, sevir Augustalis et curator eorum, (b) | extruxit et donum dat !!!!. || *In latere:* Cum... | Tych....

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) i. e. aut *G. coloniae P. patriae suae*, aut *G. coloniae P. et genio patriae suae* quod praeferendum est: nam Hermadion videtur Puteolanus non esse. Cfr. Mommsen. — (b) Cfr. Premerstein in De Ruggiero 1 p. 853. Seviri Augustales Puteolani alibi non occurrunt.

**1074.** (EE. 358). — M(agno) G(enio)(?) col(oniae) | Puteolan(orum) (a) | M(arcus) Aurelius | Hilario Aug(usti) | lib(ertus) numini huius | devotus | d(onum) d(edit) d(edicavit).

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) Cfr. n. 1073. — *Genius coloniae Puteolanorum* occurrit etiam in titulis C. n. 1565. 1556 (ubi lin. 2 mentio fit anni LX.... qui potest numerari a genio dedicato).

**1075.** (IV. 1176). — Genius | huius loci | montis.

In pictura Herculanei (*Resina*) reperta, quam vide apud Roscherum 1 p. 1624.

**1076.** (860). — Genio L(uci) nostri | Felix l(ibertus).

Pompeiis In aedibus privatis L. Caecilii Secundi, cuius genio dicata est inscriptio. — Cfr. Mommsen.

**1077.** (861). — Genio M(arci) n(ostri) et | Laribus | duo Diadumeni | liberti.

Pompeiis In aed. Epidii Rufi). — Cfr. *Bull. d. Inst.* 1867 p. 45.

**1078.** (Kaibel 720). — Μ(ᾶρκος) Μάριος Ἐπίκτητος | τῆι Τύχηι Νέας πόλεως | ἀνέθηκεν | χαριστήριον [= *Marcus Marius Epictetus Genio Neapolis gratias agens votum solvit*].

Neapoli (*Napoli*).

**1079.** (722). — D(ecreto) d(ecurionum) .... aesius Daphnus, | [*Augus*]tal(is) Nuceriae et | .... aedem Geni Stabiar(um), | [*delapsi*]s marmorib(us), [*v*]exata | [*ae*]de, restituit.

Stabiis (*Castellamare di Stabia*). — Cfr. Beloch, *Campanien* p. 249.

**1080.** (3821). — Genius [*the*]atri. | Lucceius Peculiaris, redemptor prosc[*a*]eni | ex biso (*sic* = *visu*) fecit.

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*) — De anaglypho cfr. *Ber. der sächs. Gesell.* 1861 p. 302. — *Genius* occurrit praeterea in lapide Puteolano C. n. 1559.

**1081.** (Kaibel 716). — Ἥβωνι (a) | ἐπιφανεστάτωι θεῶι | Γ(άιος) Ἰούνιος Ἀκύλας νεώτερος στρατευσάμενος, ἐπιτροπεύσας, δημαρχήσας (b), λαυκελαρχήσας (c) [= *Heboni praesentissimo deo Caius Iunius Aquilas iunior, tribunus militum, procurator, demarchus, laucelarchus*].

Neapoli (*Napoli*). — Cfr. Frantz CIG. 5790. — (a) Hebon Neapolitanis Dionysus erat, cfr. Roscher 1 p. 1871. — (b) Demarchus summus erat magistratus Neapolitanorum cfr. Beloch, *Campanien* p. 45. 464 — (c) Sacerdos erat, sed vocabulum obscurae significationis est. Cfr. Beloch. o. c. p. 47 et n. 1082.

**1082.** (Kaibel 717). — Θεῷ ἐπιφανεστάτῳ | Ἥβωνι | Π(όπλιος) Πλώτιος Γλυκερὸς ἐκλεχθεὶς | εἰς τὴν ἐπισημοτάτην βουλὴν | ὑπὸ τῶν λαυκελαρχησάντων καὶ ἐξ ἔθους μοιηθεὶς ταύτης τῆς ἱεροσύνης, μυστηρίῳ ὁλοκλήρως τε καὶ τελείως ἀπηρτισμένος ἀνέθηκεν σὺν | Λικινίῳ Πουδεντιανῷ νεωτέρῳ, | Μαρκίῳ Φαυστείνῳ νεωτέρῳ, | Λικινίῳ Φήλεικι πρεσβυτέρῳ, | Φλαβίῳ Φαυστεινιανῷ, | Μαρκίῳ Φαυστείνῳ πρεσβυτέρῳ, | Νοουίῳ Ῥουφεινιανῷ καὶ Λουκιλίῳ Ἰανουαρίῳ εἰθέοις [= *Deo praesentissimo Heboni Publius Plotius Glycerus electus in splendidissimum ordinem* (a) *a laucelarchis* (b) *et ex moribus*

*his sacris* ([c]) *initiatus, mysterio omnino perfectus, posuit cum Licinio Pudentiano iuniore, Marcio Faustino iuniore, Licinio Felice seniore, Flavio Faustiniano, Marcio Faustino seniore, Novio Rufiniano et Lucilio Ianuario iuvenibus* ([d])].

Neapoli (*Napoli*). — Tractavit Mommsen, *Bull. d. Inst.* 1847 p. 105, cfr. CIG. 5790 *b*. — ([a]) sc. decurionum. — ([b]) cfr. n. 1081. — ([c]) i. e. Hebonis. — ([d]) « Quod initiati dicuntur ἡίθεοι (i. e. ἀγένειοι, ἄφθαρτοι Hes), aptum hoc est Hebonis dei nomini, quamquam ipse senili et barbata specie fingebatur; sed apparet Marcios Faustinos maiorem et minorem non patrem et filium fuisse » Kaibel.

**1083.** (5708). — M. P. Vertuleieis ([a]) C. f. |
Quod re sua d[*if*]eidens asper | afleicta Parens timens | heic ([b]) vovit voto hoc | solut*o*, *De*]cuma facta ([c]) | poloucta ([d]) leibereis ([a]) lube|tes Donu danunt | Hercolei maxsume | mereto; Semol te | orant, se voti crebr[*o*] | condemnes.

Sorae. — Cfr. Henzen, *Bull. d. Inst.* 1845 p. 71 et *Rhein. Mus.* 1847 p. 70; Ritschel, *Opuscula* 4 p. 130 sqq.; Bücheler, *Anthol. lat. spec. tertium* p. 5; Wordsworth, *Fragments* p. 238. 490. Versus sunt Saturnii interstitiis in ipso lapide separati. Inscriptio est initii septimi ab u. c. saeculi. Intellige, patrem, Caium Vertuleium, mercatorem ut videtur, votum fecisse, cum res eius *afflictae* essent: liberi eius votum solverunt, decimamque Herculi fecerunt et polluxerunt: simul deum orant ut saepe res eorum, cum vota fecerint, prospere eveniant. — ([a]) Primus casus est. — ([b]) « voto ad eandam aram suscepto, ubi postea solutum et cena data » Mommsen ad C. I 1175. — ([c]) cfr. n. 71. — ([d]) « *Pollucere* est certis precibus libamenta in aram alicuius dei porrigere ut reliqua inde esculenta et poculenta tamquam profana convivis apponantur et in honorem dei, qui libamenta accepit, cena inde fiat » Mommsen l. c.; cfr. Varro *l. l.* 6, 54: *quom enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in aram, tum pollictum est.* De *pollucibili cena*, cfr. Preller 1[3] p. 292 sq. Peter in Roscher 1 p. 2965 sq.

**1084.** (3956). — P(ublius) Ateius P(ublii) l(ibertus) Regillus fecit | sibi et | P(ublio) Ateio P(ubli) l(iberto) Salvio patron(o). pomario. Is ter Herculi decumam fecit ([a]). | Vixit ann(is) CII et | Primae l(ibertae) suae carissimae et | Ateiae Iollae patroni f(iliae).

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — ([a]) cfr n. 71 et 1083.

**1085.** (5961). — P(ublius) Hordeonius P(ubli) f(ilius) | Gallus Hercolei. | M(arcus) Caecilius M(arci) f(ilius) Rufus, | C(aius) Claudius C(ai) f(ilius) Priscus, | (quattuor)vir(i) i(ure) d(icundo). s(enatus c(onsulto) augures ([a]) | aedem reficiendam, signum | transferendum, basim | ponendam curave(runt) p(ecunia) p(ublica).

Signiae (*Segni*). — ([a]) Quattuorviri iure dicundo videntur augures facti esse ex senatus consulto aedis reficiendae signique transferendi causa.

**1086.** (1569). — Herculei | sacrum. | C(aius) Marci(us) C(ai) l(ibertus) Alex(an|der) fecit; servos | vovit, liber solvit. || *Ab altera parte:* Herculei | sacrum. | C(aius) Marci(us) C(ai) l(ibertus) Alex(ander) | dat.

Puteolis (*Pozzuoli*).

**1087.** (5366). — Herculi sacr(um). | Nomine | M(arci) Procili Maximian(i, | quattuor)viri Int(eramn(ae) Liren(ate) | iur(e) dicund(o), | M(arcus) Procilius | Augustalis | pater. [10]

*Ausonia.*

**1088.** (1478). — Herculi Invicto P(ublius) Verg(ilius) Restitutus ob insignem numinis .... | honore demarchiae ([a]) perfunctus aidiculam sta[*tuit*] ....

Neapoli (*Napoli*). — ([a]) Cfr. n. 1081.

**1089.** (5385). — Εὐχὴ | Ἡρακλῇ Θαλλοφόρῳ | ἱερῷ εὐακούστῳ | Λ. Κορνήλιος Λ. Κορνηλίου Πρειμιγενίου | υἱὸς Παλ(ατίνα) Τερεντιανὸς | καὶ Λήμνιος ἀπελεύθερος | ἐποίησαν. | Herculi pacifero | invicto sancto [10] | sacr(um). | Voto suscepto | L(ucius) Cornelius L(uci) f(ilius) | Pal(atina) Terentianus | et Lemnius libertus | merito libentes | fecerunt.

Aquini (*Aquino*).

**1090.** (5160). — Herculi | sancto sacr(um). | P(ublius) Pomponius Noetus

votum sol(vit) | amicos acc(epit) bene ($^a$), | L(ucio) Eggio Marullo et | Cn(aeo) Papirio Aeliano co(n)s(ulibus) ($^b$), | l(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum), k(alendis) Iul(iis).

Casini (*Cassino*). — ($^a$) ? — ($^b$) a. 184.

**1091**. (3799). — Herculi | tutori | domus | Novelliana | .

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — *Herculi* dicati sunt etiam tituli C. n. 1405 (*Herculanei*). 3797. 3798 (*Capuae*), Kaibel 718 (*Neapoli*): *Herculi Augusto*. C. n. 1570 (*Puteolis*).

**1092**. (IV 733 add.). — Ὁ τοῦ Διὸς | παῖς, καλλί|νεικος Ἡρακλῆς | |Ἐνθά|δε | κατοικεῖ· | μηδὲν εἰσειαίτω | κακόμ [= *Iovis filius, invictus Hercules hic habitat; nihil intret mali*].

Pompeiis. — Cfr. Preller, *gr. Myth.* I[3] p. 271, Buecheler in *Rhein. Mus.* 1857, XII p. 248, et quae Zangemeister adnotat.

**1093**. (3800). — Te tibi | una quae | es omnia | dea Isis ($^a$) | Arrius Balbinus, v(ir) c(larissimus).

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — ($^a$) De dea Iside quae omnia regit et continet cfr. Drexler, *Mythol. Beitr.* I p. 125-127.

**1094**. (Kaibel 719). — Ἴσιδι | Ἀπόλλωνα Ὧρον | Ἁρποκράτην Μ(ᾶρκος) Ὄψιος Νάουιος | Φαννιανός, | στρατηγός, ἔπαρχος σείτου δόσεως δόγματι συνκλήτου Ῥωμαίων, ἀγορανόμος, ταμίας Πόντου Βειθυνίας, χειλίαρ(χος) λεγ(εῶνος) ε' | Μακεδονικ(ῆς), ἄρξας ι' ἀνδρῶν ἀρχὴν ἐπὶ Ῥώμης = *Isidi Apollinem, Horum, Harpocratem* ($^a$) *Marcus Opsius Navius Fannianus, praetor,* ($^b$) *praefectus frumenti dandi ex senatus consulto,* ($^c$) *aedilis, quaestor Ponti et Bithyniae, tribunus legionis quintae Macedonicae, decemvir Romae*.

Neapoli (*Napoli*). — ($^a$) cfr. Stoll in Roscher I p. 2747. — ($^b$) M. Opsium quemdam praetura functum a. 28 nominat Tacitus, *ann.* 4, 68; eum nostrum esse putat Borghesi, cfr. contra Schoenemann, *De Bithynia et Ponto* p. 23. — ($^c$) cfr. Mommsen, *Hermes* 4 p. 364 sqq. Hirschfeld p. 133.

**1095**. (6303). — Dominae | Isidi | Flavia Marcellin(a) | Sortis signum ($^a$) | Memphiticum ($^b$) | cum collari | argenteo p.... d(onum) d(edit). | L(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum).

Tarracinae (*Terracina*). — ($^a$) cfr. Steuding in Roscher 1. p. 1555. — ($^b$) factum ex lapide Memphite. « Fortasse in colendis numinibus Aegyptiacis marmore uti ex Aegypto adlato religionis erat » Mommsen.

**1096**. (5387). — Numini Isidis | Aponi | Germa|nicus et Leda | vot(um) sol(verunt).

Aquini. — *Isidi Augustae* dicatus est titulus C. n. 4717 in agro Falerno repertus.

**1097**. (EE. 632). — Isi restitutrici | L(ucius) Terentius | Stephanus, | Aug(u)stalis), aras | oro[*logi*]um pec[*u*n]ia sua d(onum) d(edit) | ... ex p. | ... d.

Tarracinae (*Terracina*).

**1098**. (6484). — Iunonei | Loucina.

Ulubris (prope *Cisterna di Roma*). — Inscriptio priscae aetatis.

**1099**. (3807 add.). — Iunone | Loucina | Tuscolana sacra.

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — Cfr. n. 3808: ...*ole* [*Tusc*]*o*[*l*]*ana sacra*. « .... praestat fortasse titulos ita interpretari, ut numinibus illis offerantur sacra ex instituto Tusculanorum curata » Mommsen.

**1100**. (4780). — .... Mess[*ius*] .... f. Stichus | [*me*]nsor abavos | .... patris mei ..*Iu*noni Populona[*e*] ($^a$) | sacrum.

Teani Sidicinum (*Teano*). — « Dedicationem qui restituit adnepos suum nomen tacuit; abavum patris autem atavum dixit, quod cum scripsit vocabulum atavi nondum in usu erat .... Officium incertum est; censor, de quo antea cogitavi, parum convenit cognomini Graecanico » Mommsen. — ($^a$) cfr. Roscher, 2 p. 598. Iuno Populona Teani colebatur. Cfr. infra. — *Iunoni* dicatus est titulus C. n. 4779 *Teani Sidicinum*: *Iunoni reginae* C. n. 5648 (*Fabrateriae veteri*): *Iunonem Gauram* v. infra in inscriptionibus Capuanis.

**1101**. (3802). — *In antica:* Sacr(um). *A dextra:* Manes. | *A sinistra:* Iovi.

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — « Fortasse ab altera parte sepulchrum fuit, ab altera ara Iovis; similem tamen titulum equidem nullum novi » Mommsen.

**1102**. (5142). — L(ucius) Accius Terentus | aedem fecit, | Iov[e]m marmo-

reum posuit, | votum animo l(ibens) s(olvit), L(ucio) Lolliano Avito co(n)s(ule) ([a]).

« Ab Atina Alfidenam versus prope Opim in faucibus fl. Sangri rupi incisa quae dicitur *S. Maria s. Pietra Mara* ». — ([a]) a. 144.

**1103.** (5160 *a*). — M(arcus) Octavius M(arci) f(ilius) Calvinus, | Q(uintus) Laterinus Q(uinti) f(ilius), q(uaestores), | aede[*m I*]ovis a solo et porticum | cum *aedi*ficiis ex c(onscriptorum) c(onsulto) p(ecunia) p(ublica) faciend(as) | [*cu*]raver(unt).

Casini (*Cassino*).

**1104.** (5779). — C(aio) C(alvisio), | L(ucio) Passieno co(n)s(ulibus) ([a]) | M(arcus) Menius M(arci) f(ilius) Rufus, [*s*]ac(erdos sextum), | L(ucius) Vibidius L(uci) f(ilius), sac(erdos iterum), | Iovi aer[*i*]s ([b]) et dis indigetibu[*s*] ([c]) | cum aedic(u)la et base | [*et ae*]di et porticu d(e) s(uo) [*p(osuit)?*].

Cereatis Marianis (*Casamare*). — ([a]) a. u. c. 750. — ([b]) « Non constat, utrum vere intellegatur *Iupiter aëris* an aliud quoddam cognomen subsit » MOMMSEN — ([c]) cfr. Preller 2[3] p. 90 sqq. Pater in Roscher 2 p. 130 sqq. Wissowa, *De dis Romanorum indigetibus et novensidibus*, Marpurgi 1892.

**1105.** (6483). — Pro salute et red[*itu*] | imp(eratoris) Caes(aris) Traiani Hadri[*ani*] || Geminia Myrtis cum Anici[*a Prisca f(ilia)*] | aedem cultoribus Iovis Axo[*rani*] ([a]) *ded(it)*, | ut in memoriam Anici Prisci c[*oniugis*] | sui in ea semper epulentur ....

Ulubris (prope *Cisterna di Roma*). — ([a]) Supplementum haud certum est. Sine dubio de Iove agitur, qui *Anxurus* apud Vergilium (*Aen.* 7, 799) vocatur et qui Tarracinae cum Feronia colebatur, a nomine Volsco eius urbis, *Anxure*, ita appellatus. Cfr. Roscher p 640 et Mommsen in *Corpore* p. 623. *Iovis Axur.* redit in nummo gentis Vibiae (Babelon 2 p. 546): *Ti. Claudius Axurnus* quidam homo Tarracinensis in lapide C. n. 6331 u 19.

**1106.** (5576). — Imp(erator) Caesar G(aius) Valerius Diocletianu[*s*] | Pius Felix Invictus Aug(ustus) ([a]) | Iovi conservatori ([b]).

Fabrateriae novae (*la Civita* prope *S. Giovanni in Carico*). — ([a]) a. 284-305. — ([b]) Augusti. Iupiter maxime a Diocletiano colebatur, cfr. praesertim Peter in Roscher 1 p. 2097 sqq., qui nummos et inscriptiones ad hunc cultum pertinentes affert.

**1107.** (1571). — T(itus) Flavius | Antipater | una cum Flavia Art[*e*]misia uxore | et Alcide lib(erto) Asclepium et Hygiam | Iovi Flazzo ([a]) votum 10 | ... || *In postica:* T(itus) Flavius Anti[pater una | cum Flavia Ar|temisia uxore | Iovi Flazio vo[tum libe(n)s solvit.

Puteolis (*Pozzuoli*). — ([a]) Minervini, Mancini composuerunt cum *Iuvei Flagiui* in titulo Osco Capuae reperto (Zvetaieff, *Syllogé* n. 34 = *Inscriptiones* n. 112 cfr. p. 108, — parum probabiliter, notat Mommsen, cfr. Aust in Roscher 2 p. 641.

**1108.** (3804). — [*Publio Su*]lpicio Quirin(o), C(aio) Valg[*i*]o c[*o(n)s(ulibus)*] ([a]), Sex(to) Pontidio Basso, M(arco) Iunio Celere duo v[*ir(is)*], | Sex(to) Helvio C(ai) f(ilio), P(ublio) Titio Falerno aed(ilibus), ([b]) | P(ublius) Rammius P(ubli) l(ibertus) Chrestus, | navigator, I(ovi) o(ptimo) m(aximo). || *In postica:* I(ovi) o(ptimo) m(aximo).

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — ([a]) a. u. c. 742. — ([b]) Capuae.

**1109.** (1572). — [*Numerius*] Cluvius M(ani) f(ilius), | (quattuor)vir | [*C*]audi, (duo)vir Nolae, (quattuor)vir quinquennal(is) | [*Capu*]a e[*t*] de suo faciund(um) coeravit, idem restituit. | Iovi o(ptimo) m(aximo) sacr(um).

Puteolis (*Pozzuoli*). — Cfr. C. n. 1573.

**1110.** (796). — I(ovi) [*o(ptimo)*] m(aximo) | pro salute *(Gai) Ca*esaris Augusti | Germanici i[m]p(eratoris) pontif(icis) max(imi), | tribunic(ia) p[*ote*]stat(e) ([a]), consulis | .... *D*ectus p(ecunia) s(ua).

Pompeiis. — ([a]) a. 37. Cfr. Vaglieri in De Ruggiero 2 p. 33.

**1111.** (4553). — [*I*]ovi op[*t*]imo maximo, pi entissi mo, exaudi tori, ress titutori (*sic*) T(itus) | Varius Agr[ippinus v(otum) s(olvit).

Trebulae (*Treglia*).

**1112.** (3805). — I(ovi) o(ptimo) m(aximo), | summo, excellen[tissimo Maecius

Probus, v(ir) c(larissimus), praef(ectus) | alim(entorum) (a), quod hoc in loco | anceps periculum | sustinuerit | et bonam valetudi|nem reciperaverit, | v(otum) s(olvit).

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — (a) De Ruggiero 1 p. 406.

**1113.** (928). — Imperio Veneris Fisicae (a), Iovi o(ptimo) m(aximo) | Antistia Methe | Antisti Primigeni | ex d(ecreto) d(ecurionum).

Pompeiis. — (a) Vocabulum pro *physica* certe non est scriptum, contra oscum est: significatio eius non est nota cfr. Mommsen.

**1114.** (1574). — Q(uinto) Volusio Saturn(ino), | P(ublio) Cornelio Scip(ione) co(n)s(ulibus) (a), | Augustales (b), | qui [*Neroni*] (c) Claudio | Caesari August(o) et | [*Agrippinae*] (c) Augustae, | I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et Genio coloniae | ludos fecer(unt) XIII, XII k(alendas) Mart(ias), | C(aius) Tantilius C(aiorum duorum) l(ibertus) Hyla, | Cn(aeus) Pollio Cn(aei) l(ibertus) Victor, | C(aius) Iulius C(ai) l(ibertus) Glaphyr, | curatoribus .... (d).

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) a. 56. — (b) cfr. v. Premerstein in De Ruggiero 1 p. 837. 839. 843. — (c) *Neroni* et *Agrippinae* erasa sunt. — (d) Non videtur hic agi de curatoribus Augustalium, cfr. v. Premerstein o. c. p 849.

**1115.** (1576). — Iussu | Iovis optimi maximi | Damasceni, | sacerdotes M(arco) Nemonio M(arci) f(ilio) Pal(atina) Eutychiano, | sacerdoti, honorato | equo publico ab | imp(eratore) Antonino Aug(usto) | Pio p(atre) p(atriae), | adlecto in ordinem | decurionum Puteolanor(um), aedili: | M(arcus) Nemonius Callistus, pater, | sacerdos, remissa | collatione.

Puteolis (*Pozzuoli*). — Cfr. C. n. 1575. Lapis C. VI n. 405 (*Romae*) est item *Iovi optimo maximo Damasceno* dicatus.

**1116.** (6304). — [*Iovi Dolicheno?*, *conservatori d(ominorum)*] n(ostrorum) Aug(ustorum) sacr(um). | Marcus Barsemias, sacerdos | Dolicheni, | posuit.

Tarracinae (*Terracina*).

**1117.** (1577). — Iulius | sub sacerdote Antipatro I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Do|l(icheno), | Iulius Antiochus filia p(ondo) I arg(enti) d(onum) d(edit). | Antonius Domitianus filia p(ondo) I arg(enti) d(onum) d(edit). | Iulius Ianuarius filia p(ondo) IS arg(enti) d(onum) d(edit). Antonius | Valens filia p(ondo) I arg(enti) d(onum) d(edit).

Puteolis (*Pozzuoli*). — Non intellegimus. Nota inscriptionem in uno libro manuscripto tradi.

**1118.** (1578). — Ex iusso I(ovis) o(ptimi) m(aximi) Heiio|politani (*sic*) (a) Au|r(elio) Tileodo|ro, sacerdoti, filio, curator(i) | templi Geremeilensium, | adampliante donis tor|quem et velum sac(erdotes) | fi (= *et?*) lucophori de suo posuerunt, | curante Acilio Secundo Tro|to|mias !!!!

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) cfr. Roscher 1 p. 1991. — « De Geremeliensibus sive Geremellensibus egit Gildemeister, *Zeitschrift der deutschen morgenland. Gesellschaft* 23 (1869) p. 153. Mancinius nuper legens *Geremellensibus* cogitavit de civibus oppidi Germe Galatiae forma deminutiva, quod tum admittam, cum probaverim Puteolanos Romae degentes appellatos esse Puteolanellenses. Sane cum nescire praestet quam ariolari, nos et talia mittimus et *sacerdotes et lucophoros* (ita enim videtur in lapide esse) satis habemus significare non esse daduchos » Mommsen.

**1119.** (Kaibel 701). — Γάιος Ἰούλιος Ἡφαιστίωνος | υἱὸς Ἡφαιστίων ἱερατεύσας τοῦ πολιτεύματος τῶν Φρυ|γῶν ἀνέθηκε Δία Φρύγιον | L κζ' Καίσαρ(ος) Φαρμου(θὶ) Σεβαστῇ [= *Caius Iulius Hephaestionis filius, Hephaestion, sacerdotio functus civitatis Phrygum, Iovi Phrygio dedicavit anno Caesaris XXVII*, (a) *mensis Pharmuthi die Augusta* (b)].

Pompeiis. — Cfr Frantz *CIGr.* 5866 add. — (a) a. u. c. 751. — (b) Σεβαστῇ primus quisque dies mensium erat. Cf. Usener *Bull. d. Inst.* 1874 p. 73 39.

**1120.** (6641). — [*Sacrum I*]ovi | [*pu*]rgatori.

Antii (*Porto d'Anzio*).

**1121.** (5904). — [*C(aius)*] *Val*[erius] Pr.... [*aedem* | *Io*]vis Statoris .... | sua pecunia fa[*ciendam cur(avit)*] | et locum perm[*issu*] *Valeri*[ae C(ai) f(iliae) Curti-

lia[*nae*] .... | patronae s[*anctissimae*] | precario in quo cultores (a) vesce[*rentur impetravit*] | ....

Anagniae (*Anagni*). — Tractavit Henzen *Bull. d. Inst.* 1866 p. 147. — (a) Iovis Statoris?

**1122**. (3337). — Iovi | Strigano (a) | L(ucius) Varenius Rufus, | tr(ierarcha).

Miseri. — (a) « Confer n. 3495, ubi STRIG. officium navale legitur » MOMMSEN.

**1123**. (3806). — Iovi | Vesuvio | sac(rum) | d(onum) d(edit).

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*)

**1124**. (5575). — .... us Cn(aei) f(ilius), C(aius) Opi .... us C(ai) f(ilius) a[*ede*]m Iov(i), Iun(oni), [*Min*(*ervae*) *f*(*aciundam*) *c*(*uraverunt*)].

Epistylii reliquiae. *S. Giovanni in Carico.*

**1125**. (3803). — [*Ti*(*berio Claudi*]o Nerone, P(ublio) Q[*uinctilio Varo co*(*n*)*s*(*ulibus*)] (a), | .... Antistio L(uci) f(ilio) Campano (duum)vir(o), Ti(berio) Pomponio, Q(uinto) Bivellio a(edilibus), | [*L*(*ucius*) *Coccei*]us C(ai) L(uci) M(arci) l(ibertus) Papa aedic(ulam) Iovi Lar(ibus) (b) ex d(ecreto) d(ecurionum).

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — (a) a. u. c. 741. — (b) cfr. quae Mommsen adnotat. — *Iovi* sunt item dicati tituli C. n. 926 (*Pompeiis*). 3081 (*Capuae*). *Iupiter* et *Iupiter Libertas* sunt praeterea infra in inscriptionibus Capuanis.

**1126**. (6556). — Laribus | mag(istri) d(e) s(uo) d(ederunt) M(arcus) Histumennius | M(arci) l(ibertus) Flaccus, | A(ulus) Albius (mulieris et) A(uli) l(ibertus) | Nicepor.

Velitris (*Velletri*).

**1127**. (5162). — Imp(eratore) Caesar(e) XII[*I*], | M(arco) Silvano co(n)s(ulibus) (a), Memor Atern(i) M(arci) ser(vus), mag(ister) (b), Lar(ibus) sac(rum) | d(e) s(uo) d(edit).

Casini (*Cassino*). — (a) a. u. c. 752. — (b) cfr. n. 1128.

**1128**. (5161). — Iucun[*dus*] | Titedi C(ai) ser(vus), mag(ister) (a), | aram Larib(us) d(e) s(uo) d(edit) | C(aio) Ante[*st*]io Vete[*re*], | D(ecimo) Laelio Balbo c[*o*(*n*)*s*(*ulibus*)] (b).

Casini (*Cassino*). — (a) Intellige: *Iucundus C*(*ai*) *Titedi ser*(*vus*), *mag*(*ister Larum*). — (b) a. u. c. 748.

**1129**. (927). — Agathemer us) | et Heracla, | mag(istri) Lar(um), | d(onum) d(ederunt).

Pompeiis.

**1130**. (1582). — C(aio) Caesare Aug(usti) f(ilio), L(ucio) Paullo co(n)s(ulibus) (a), | Lares Augustos | Q(uintus) Numisius Q(uinti) l(ibertus) Legio, | L(ucius) Safinius L(uci) l(ibertus) Hilarus, | Sodalis C(ai) Modi Cimbri ser(vus), Aeschinus Oclavi M(arci) ser(vus),, magistr(i) (b) de suo f(aciundos) c(uraverunt).

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) a. p. C. 1. — (b) Larum.

**1131**. (8067, 12). — Philoxenus l(ibertus), | aed(ituus), L(aribus) fam(iliae) d(onum) d(edit).

In pondere.

**1132**. (773). — Anteros l(ibertus) Heracleo, summar(um) (a), | mag(ister), | Larib(us) et famil(iae) d(onum) d(edit).

Stabiis (*Castellammare di Stabia*). — Tractavit Avellino, *opusc.* 3, 29. — (a) partium: agitur enim de histrione. — *Lares* sunt etiam C. n. 1580 (*Puteolis*). 5667 (*Rocca d'Arce*) (cfr. infra inscriptiones Capuanas): *Lares Augusti* C. n. 1581 (*Puteolis*). 3691 (*Cumis*). 4634 (*Calibus*).

**1133**. (3757). — Templum hoc sacratum her[*oibus, qui*] | quod ger[*unt*] Augusti nomen, felix [*illis*] remaneat, Stirpis suae laetetur u[*t regno*] parens (a). Nam quom te, Caesar, tem[*pus*] exposcet deum Caeloque repetes sed[*em, qua*] mundum reges, | Sint hei, tua quei sorte te[*rrae*] huic imperent (b) | Regântque nos felicibu[*s*] | voteis sueis. |

L(ucius) Aurelius L(uci) f(ilius) Pal(a-

tina) Rufu[*s*] primopilaris l[*eg*(*ionis*)?] XVI, militans st.... | imp(eratoris) Caesaris .... | ....

Acerri (*Acerra*). — « Post curas Hauptii (apud Nissenum, *Hermes* 1 p. 152) et Buecheleri (*Anthol. spec.* I n. 2, item in litteris ad me datis) aliorumque peritorum virorum nihilominus in tribus primis versibus adhuc parum constat quomodo hiatus non magni explendi sint. Equidem satis habui adscribere adhuc inventa aut certa aut certe tolerabilia, addens mihi quidem agi videri de aedicula Laribus (= ἥρωσι, cfr. Dion. 4, 14 et gloss. Cyrill.: *Lares* ἥρωες) Augustis ita dedicata, ut sub eorum imaginibus C. et L. Caesares colerentur » MOMMSEN. — (a) « Ut parens laetetur regno suorum filiorum » COCEVA. — (b) « Quum enim Caesar mortuus erit et mundi imperium obtinuerit in caelo, hi sua vice imperent huic terrae, etc. » COCEVA.

**1134.** (5045). — [*Se*]cundio Numisiae L(uci) [*f*(*iliae*)] Priscae (a) | Liberi aedem a fundamentis | fecit cic cum (b) Deane posuitq(ue).

Atinae. — (a) servus. — (b) *signum ?*

**1135.** (6435). — Libero | Aug(usto) sacr(um). | Alfius Pro|tus, sac(erdos), | et Lucilius | Martensis | pat. (a) sig(num) Lib(eri) | d(ei) posuer(unt). | Mol(lius) Neoesius (b) et | Aur(elius) Sabinus basem d(onum) d(ederunt).

Priverni (*Piperno vecchio*). — (a) *pat(er)?*, sacerdos dei Liberi — (b) cfr. laterculum cohortis XII urbanae C. VI n. 3886 II 36: *C. Mollius C. f. Ofen tina) Noetus Priverno*).

**1136.** (1583). | Libero patri | sacrum. T(iti duo) Flavii Ecle ctianus (a) et Olym|pianus fil(ius) eius, | sacerdotes orgiophantae (b).

Puteolis (*Puzzuoli*). — (a) cfr. n. 1137. 1138. — (b) Est antistes mysteriorum.

**1137.** (1584). — Libero patri sa crum XX annale (a) | T(iti) Fl(avii) Eglectiani sacerd(otis), | Aur(elius) Aug(usti) lib(ertus) Draco, | parastata (b), consacravit.

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) i. e. Vicennale: quod ad taurobolia ducere notat Mommsen. — (b) παραστάτης, orgiophantae adiutor. Cfr. n. 1136.

**1138.** (1585). — .... [*Imp*(*eratorum*) *Caes*(*arum*) *L*(*ucii*) *Septimii Severi* | *P*]ertinacis Aug(usti) et [*M*(*arci*) *Aureli Anto*]nini Pii Aug(usti) et P(ublii) Sept[*imi Gelae, nobi*]lissimi Caes(aris) et Juli[*ae Domnae, mat*(*ris*) *Aug*(*ustorum*)] et kastrorum, Stla[*ccia*] .... | sacerdos Cererum (a) introit[*us* (b) *causa*] .... | thiaso (c) Placidiano donavit, .... | Elavio (*sic* = *Flavio*) T(iti) f(ilio) Eclectiano, sace[*rdote*] (c) .... | ....t Stlacciis Sotere et Repar....

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) Birt in Roscher 1 p. 866. — (b) i. e. in thiasum Placidianum, quod collegium quoddam bacchicum est. — (c) Liberis patris.

**1139.** (6510). — Libero patri | spira( ) Ulubrana (a) | d(e) s(ua) p(ecunia) f(ecit).

Corae (*Cori*). — (a) cfr. n. 9. — (b) Ad urbem Ulubras spectat. — *Liber pater* occurrit etiam in titulo Puteolano C. n. 1586.

**1140.** (5046). — Marti sive | Numiterno (a) | Achilles Aug(usti) lib(ertus), | proc(urator) et Ulpia Nice | eiu[*s*] d(onum) d(ederunt) | l(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum).

Atinae (*Atina*). — (a) Est fortasse conferendus deus *Numisius Martius* lapidum urbanorum C. VI n. 476 et *Not. d. scavi* 1890 p. 10.

**1141.** (3810). — Virianus Amplia[*t*]us, archigallus (a), M(atri) d(eum).

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — (a) cfr. De Ruggiero 1 p. 641.

**1142.** (6423). — D. d. (a) | Matri deum M(arcus) Agileius Faustus, | Agil[*e*]ia Paezusa, Agile[*ia*] | Praetoria porticum | et cubiculum d(e) s(ua) p(ecunia) p(osuerunt).

Circeiis (*Paola*). — (a) Quid subsit non intellegitur.

**1143.** (1587). — Matri | Magenae (a) | d(onum) d(edit) l(ibens) m(erito). || *Ab altera parte:* Ascelapiades (b).

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) i. e. Magnae. — (b) i. e. Asclepiades.

**1144.** (1635). — [*Vitras*]ia T(iti) f(ilia) Faus[*tina*] | P[*l*]olionis, co(n)s(ulis) (a), pon[*tif*(*icis*) *f*(*ilia*), *Matri*] magnae sua pecu[*nia fecit*].

Calibus (*Calvi Risorta*). — (a) Consul primum sub Pio, iterum a. 176. Vitrasia Faustina filia, quae Mommseno hic magis intelligenda videtur

quam uxor Annia Faustina, a Commodo interfecta est. Notabile est eam *Titi filiam*, deinde *Pollionis filiam* dici. Cfr. quae M. adnotat.

**1145.** (4829). — Matri deum optimae maxim(ae) | sacra taurobol[i] (a) | l(ibens) m(erito) f(ecit) Sabidia [*T(iti) f(ilia)*] Cornelia.

Rufris (ad *Presenzano*). — Cfr. titulum Venafranum (C. X 4844): *M(atri) d(eum) d onum) d edit) Sabidia T(iti) f(ilia) Cornelia Caeponis.* — (a) De tauroboliis multi egerunt, nuperrime Espérandieu in libro suo, *Inscriptions antiques de Lectoure* p. 94 sqq.

**1146.** (4726). — Munatia | Reddita, sa|cerd(os quindecim)vir(alis) (a), | taurobo|l(ium) | fecit | XII kal(endas) Dec(embres) | Glabrione (iterum) co(n)s(ule) (b).

In agro Falerno. — (a) Cf. C. n. 3648. De collegio quindecemvirum cultui Matris magnae addicto vide praesertim Boissieu, *Inscr. de Lyon* p. 24. — (b) a. 186.

**1147.** (6075). — Imp(eratore) Gordiano (iterum) | Aug(usto) et Pompeiano co(n)s(ulibus) (a), | Helvia Stephanis, | sacerdos M(atris) M(agnae) I(daeae), | taurobolium.

Formiis (*Formia*). — (a) a. 241.

**1148.** (EE. 455). — .... sacerdos | [*M*]a|tris deum | .... hamas (a) condidit (b). |

Literni (ad lacum *di Patria*). — (a) Nomen est: [*At*]*hamas* vel simile. — (b) Supplendum esse *vires* notat Hirschfeld, et ad taurobolium refert. — *Mater deum* occurrit etiam in lapide C. n. 3809 (*Capuae*).

**1149.** (6511). — Cervaria Sp(uri) f(ilia) Fortunata, | magistra, | Matri Matutae | d(onum) d(edit).

Corae (*Cori*).

**1150.** (8416). — Matri [*Ma*]tutae | Magia Prisca | signum Iovis | d(onum) d(edit).

Corae (*Cori*).

**1151.** (3811 add.). — Mefit(um) sacra.

In tegulis ad montem Tifata rep. — « Videntur, Mefites hic nominari numero plurali ad exemplum Nympharum. Genetivus fortasse inde explicatur, quod tegula est, ut non significetur dedicatio Mefitibus facta, sed rem sacram in dearum patrimonio esse » Mommsen. — *Mefiti* dicatus est titulus C. n. 5047 (*Atinae*).

**1152.** (6512). — Magistri Ment(is) (a) | signum dant | .... Furius S(exti) f(ilius) Vir.... | Q(uintus) Vibius Q(uinti) l(ibertus) Sabb.... | .... Pollius L(uci) l(ibertus) Hilar(us), | [*E*]ro[*s*](?) Publil(i). L(ucius) Publilius Pompon(ius) | ludos scaenicos fecer(unt). | Locus ex s(enatus) c(onsulto) datus.

Corae (*Cori*). — (a) Preller 2[3] p. 265 sqq.

**1153.** (1550). — Cn(aeus) Cornelius Cn(aei) l(ibertus) Papia, | L(ucius) Galonius L(uci) l(ibertus) Agathocl(es), | mag(istri), Bonae Menti | d(e) s(uo) (a) f(aciundum) coer(averunt).

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) Contra « magis puto tertiam litteram excidisse et fuisse fortasse *d e*) [*r(icanorum)*] *s(critu)* quam explicandum esse *d(e) s(uo)* » Mommsen. C. I ad n. 1237.

**1154.** (6514). — [*Mentei bo*]nae (a). Serveis (b) contul(erunt sestertium) | .... MMMLV, mag(istri decem) (c) | .... ded(erunt sestertium) V | .... us Saleivi P(ubli) s(ervos), leiber (d) coeravit: | ....; Timotheus Poplili (e) L(uci) M(arci) s(ervos): Anti[*ocus*] ....: us pop(uli) (f) s(ervos), leiber (d) coeravit: | ....: Petro Furi L(uci) s(ervos): Ra(?) Furi L(uci) P(ubli) C(ai) (g) s(ervos): | ....: Antiochus Utili Cn(aei) s(ervos), leiber (d) coeravit.

Corae (*Cori*). — Inscriptio priscae aetatis. — (a) Preller 2[3] p. 266. — (b) Servi, cfr. n. 1083. — (c) Magistri Mentis decem redeunt C. n. 6513. — (d) i. e. liber. — (e) i. e. Publili. — (f) i. e. servus publicus. — (g) i. e. Furiorum trium, Luci, Publii, Gai.

**1155.** (1589). — Merc(urio) retiari .... dan(t), mag(istri) curarun(t) Sex(tus) Calaasi(us) Sex(ti) e. (= *f(ilius)*), A(ulus) Pon(tius) L(uci) f(ilius)(?), | N(umerius) Fafini(us) N(umeri) f(ilius), A(ulus) Aem(ilius) Aem(ili) f(ilius), Cn(aeus) Atani(us) C(ai) f(ilius), L(ucius) Ponti(us) L(uci) l(ibertus) Ga.

Puteolis (*Pozzuoli*). — *Mercurius* occurrit in lapide C. n. 4743 (*Suessae*): *deus Mercurius* C. n. 1590 (*Puteolis*).

**1156.** (5678). — ....r um sacrum .... .... [*pa*]tri, Mercurio lan.... | Cilix Tulli

L(uci) s(ervus) .... | Tepa Preciae s(ervus) .... | Philotimus perfic[*iendam curavit*].

Arpini. — « Puto aediculam dedicatam esse a quattuor magistris, quorum alter ordo intercidit » MOMMSEN.

**1157.** (6219). — L(ucius) Aurelius | A[*p*]olaustus | pantomimus | Mem[*f*]ius | Mercurio invicto | votum solvit.

Fundis (*Fundi*). Cfr. n. 870.

**1158.** (6461). — Mercurio Augusto (a) | sacrum. | Sex viri Augustales (b): | M(arcus) Sextilius Cotus, | L(ucius) Quinctius Pothinus, | L(ucius) Nonius Primus, | N(umerius) Aninius Dio, | M(arcus) Ampius Urbanus, | C(aius) Tullius Menander | d(e) s(ua) p(ecunia) f(ecerunt).

Setiae (*Sezze*). — (a) Estne Augustus ipse? Cfr. Horat. 1, 2, 43. — (b) Premerstein in De Ruggiero 1 p. 829.

**1159-1163.** — *Inscriptiones ministrorum Mercuri Maiae, postea Augusti.*

Quotannis Pompeiis creabantur quaterni ministri, sive servi, sive libertini, Augusto et vivo et mortuo colendo: ministri appellabantur, vel *ministri Mercurii Maiae, ministri Augusti Mercurii Maiae, ministri Augusti.* De his et de donariis eorum cfr. C. p. 109. — De duoviris u. a. s. p. p. cfr. n. 1024.

**1159.** (884). — P(ublius) Stallius Agatho, | minister, d(ecreto) d(ecurionum), | imp(eratore) Caesare (nonum), | M(arco) Silano co(n)s(ulibus) (a). | [*No*]vatum P(ublio) Alfeno, | P(ublio) Vinicio co(n)s(ulibus) (b), | iussu | M(arci) Pomponi Marcelli, | L(uci) Valeri Flacci d(uo) v(irum) i(ure) d(icundo), | L(uci) Obelli Lucretiani, | A(*uli*) *Perenni Merullini* | d(uo) v(irum) u. a. s. p. p(rocurandis).

(a) a. u. C. 729. — (b) a. p. C. 2.

**1160.** (885). — [*M*(*arcus*) *S*]ittius M(arci) l(ibertus) | Papia | [*M*]ercurio Maiae | [s]acrum ex d(ecreto) d(ecurionum), | iussu | M(arci) Melsoni A(uli) f(ili) iter(um), P(ubli) Rogi P(ubli) f(ili) Vari, | d(uo) v(irum) i(ure) d(icundo), | N(umeri) Pacci N(umeri) f(ili) Chilonis, | M(arci) Ninni M(arci) f(ili) Pollion(is), | d(uo) v(irum) u. a. s. p. p(rocurandis), | [*M*(*arco*) *Cra*]sso, Cn(aeo) Lentulo | [*co*(*n*)]s(ulibus) (a).

(a) a. 740. — Similis est titulus C. n. 886.

**1161.** (888). — Gratus Arri, | Messius Arrius | Inventus, | Memor Istacidi | [*mi*]n(istri) Aug(usti), Merc(urii), Mai(ae), | [*ex*] d(ecreto) d(ecurionum), iussu | .... Marcel | ....

**1162.** (890). — A(ulus) Veius Phylax, N(umerius) Popidius Moschus, | T(itus) Mescinius Amphio, | Primus Arrunti M(arci) s(ervus), | min(istri) Aug(usti) ex d(ecreto) d(ecurionum), iussu | M(arci) Holconi Rufi (quartum), | A(uli) Clodi Flacci (tertium), | d(uo) v(irum) i(ure) d(icundo), | P(ubli) Caeseti Postumi, | N(umeri) Tintiri Rufi, | [*d*(*uo*)]v(irum) u. a. s. p. p(rocurandis), | (*imp*(*eratore*) *Caesare* (tertium decimum), | [*M*(*arco*) *Plautio Si*]lvano co(n)s(ulibus)(a).

(a) a. u. c. 752.

**1163.** (901). — [*Phroni*]mus Messi Fausti, | [*Pl*]acidus Vei Frontonis, | A(ulus) Arellius Graecus, | min(istri) Aug(usti), ex d(ecreto) d(ecurionum), iussu [*C*(*ai*) *Caesaris*] (a), M(arci) Vesoni Marcelli, (duo)vir(um) i(ure) d(icundo), | M(arci) Lucreti Epidi Flacci, | praefecti (b), L(uci) Albuci, D(ecimi) Lucreti, d(uo) v(i)rum u. a. s. p. p(rocurandis), Paullo Fabio, L(ucio) Vitellio | co(n)s(ulibus) (c).

(a) Nomen imperatoris erasum est. — (b) C. Caesaris, cfr. C. n. 902. — (c) a. 34.

Alia donaria exstant a. p. C. 1 (C. n. 891: *C. Caesare L. Paullo cos.*). 3 (C. n. 892: *M. Servilio, L. Aelio Lamia cos.*). 4 (C. n. 893: [*Sex. Ae*]*lio,* [*C. S*]*entio cos.*). 14 (C. n. 894: *Sex.* [*Pom*]*peio, Sex. Appul*[*eio cos.*). 23 (C. n. 895: *C. Asinio, C. Antistio cos.*). 26 (C. n. 896: *C. Calvisio, Cn.* [*Lentulo*] *cos.*). 29? (C. n. 897). 31 (C. n. 898 ubi antiquitus nomen Seiani erasum est). 32 (C. n. 899: *Cn. Domitio, Camillo Arruntio cos.*). 40 (C. n. 904 = EE. 313). — V. praeterea C. n. 887. 889. 900 (cfr. adn.). 903. 905 (*Q. Sanquinio cos.*). 906 sqq.

**1164.** (5331). — Soli in[v]icto, comiti Aug(usti) n(ostri).

Interamnae Lirenati (prope *S. Giorgio a Liri*.

Signiae (*Segni*). — (a) Hadrianus a. 138 mortuus est. — Eidem lapidi inscriptus erat alius titulus cuius exstant tantum litterae extremae versuum.

**1307.** (3832). — [*Colonia Iu*]lia Felix Aug[*usta Capua*] | fecit. | [*Divus Hadr*]ianus Aug(ustus) [*restituit*] | e[t columnas ad[*iecit.* | *Imp(erator) Caes(ar*) *T(itus) Ael*]ius Hadrianu[*s Antoninus Aug(ustus)*] | Pius (a) dedicavi[*t*].

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*), in amphitheatro rep. — (a) a. 138-161. — Hadriani sunt aliae inscriptiones, C. n. 1243 (*Nolae*: in fragmento epistylii). 1496 (*Neapoli*: in fistula). 1636-9 (*Puteolis*). 5577 (*Fabrateriae novae*). 5649 (*Fabrateriae veteri*). 6652 (*Antii*). 8042,2 *Neapoli*: in tegula).

**1308.** (6220). — Domitiae | Paulinae, sorori | imp(eratoris) Caes(aris) | Traiani Hadriani | Aug(usti), p(atris) p(atriae), | Fundani | d(ecreto) d(ecurionum).

Fundis (*Fondi*).

**1309.** (4744). — Matidiae | Aug(usti) fil(iae) (a), divae | Marcianae Aug(ustae) (b), nepti, divae Sabinae (c) | Aug(ustae) sorori, | imp(eratoris) Antonini | Aug(usti) Pii, p(atris) p(atriae), materter(a)e (d), | Minturnenses | d(ecreto) d(ecurionum).

Suessae Auruncae (*Sessa*). — Similis est titulus Matidiae a Suessanis dedicatus (C. d. 4745), si quidem genuinus est. — Mommsen putat hunc titulum et sequentes imperante Pio dedicatos olim Suessae prostitisse ubi eorum agrorum, quos Matidia in his partibus habuerit necesse, procuratores (C. n. 4746) sedem videntur habuisse et notat sub Commodo Sabinae imp. Marci filiae tabularium Suessae degisse (C. n. 4763) et Suessae fuisse bybliothecam Matidianam (C. n. 4760). — (a) Est Matidia minor. — (b) Est uxor Traiani. — (c) Uxor Hadriani. — (d) cfr. quae Mommsen notat. Cum feminae adoptandi ius non esset et ideo Pius Hadriani uxorem nequaquam lege matrem habuerit, idem putat Hadrianum extra ordinem constituisse, ut uxor Sabina Pio in matris loco esset vel uxori concessisse ut simul coniuges Pium filium adoptarent.

**1310.** (3833). — Matidiae | Aug(usti) fil(iae), divae | Sabinae sorori, | imp(eratoris) Antonini Aug(usti) Pii, p(atris) p(atriae) materterae, | Sinuessani | d(ecreto) d(ecurionum).

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*).

**1311.** (4747). — Matidiae Aug(usti) | fil(iae), divae Sabinae | sorori, | imp(eratoris) Antonini Aug(usti) Pii, | p(atris) p(atriae) materterae, | [*T(itus)*] Flavius Aug(usti) lib(ertus) | Onesimus Campanus.

Suessae Auruncae (*Sessa*). — Similis est titulus C. n. 4746, ib. rep., ab Agathemero liberto, procuratore, dedicatus.

**1312.** (1640). — Imp(erator) Caesar divi Hadriani fil(ius), | divi Traiani Parthici nepos, | divi Nervae pronepos, T(itus) Aelius | Hadrianus Antoninus Au-

g(ustus) Pius, | pont(ifex) max(imux), trib(unicia) pot(estate secunda), co(n)s(uli iterum), | desig(nato tertium) (a), p(atri) p(atriae), opus pilarum, vi | maris conlapsum a divo patre | suo promissum restituit.

Puteolis (*Pozzuoli*). — Cfr. n. 1311 — (a) a. 139.

**1313.** (1641). — [*Imp(eratori) C*]aesari, divi [*Hadriani f(ilio), divi Traiani* | *Part*]hici nepoti, divi | *Nervae pronep(oti), T(ito) Aelio Hadriano Ant*]onino Aug(usto) Pio, [*pont(ifici) max(imo), tribunicia) pot(estate secunda), co(n)s(uli iterum)*, (a), *p(atri) p(atriae)* | c[olonia Flav[*ia Augusta Puteoli*, | *quod s*]uper cetera ben[*eficia a divo patre promissum op*]us pilarum (b) gigi[*nti ai maris conlapsum splendore* | *anti*]quo et munitio[*ne adiecta restituit*].

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) a. 139. — (b) De his pilis portus Puteolani cfr. Mommsen et praesertim Jordan, *archäol. Zeit.* 1868 p. 93.

**1314.** (1642). — Imp(eratori) Caesari, | divi Hadriani fil(io), | divi Traiani | Parthici nepoti, | divi Nervae pron(epoti), | T(ito) Aelio Hadriano | Antonino Aug(usto) Pio, | patri patriae, | pontifici maximo, | trib(unicia) potes(tate secunda), co(n)s(uli iterum) (a), | collegium | scabillarior(um), | quibus s(enatus) c(onsulto) coire licet, | l(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum),

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) a. 139.

**1315.** (515) — Imp(eratori) Caesari, | divi Hadriani fil(io), | divi Traiani | Parthici nepoti, | divi Nervae pronep(oti), | T(ito) Aelio Hadriano | Antonino Aug(usto) Pio, | pontif(ici) max(imo), trib(unicia) pot(estate quinta) (a), | imp(eratori iterum), co(n)s(uli tertium), p(atri) p(atriae), constitutori sacri [10] certaminis | I selastici (b), | socii lictores populares | denuntiatores Puteolani (c).

Puteolis *Pozzuoli*. — (a) a. 142. — (b) Imperatore Hadriano defuncto Baiis, sepulto vel potius combusto Puteolis in villa aliquando Ciceroniana, Pius certamen hoc quinquennale constituit (*vita Hadr.* 27, 3) cfr. Mommsen C. X p. 183 — (c) Ludos vicorum magistrorum curabant: instituti erant ad exemplum urbanae decuriae lictoriae popularis denuntiatorum, f. Mommsen, 1 p. 392 n. 1.

**1316.** (6000). — .... [*divi Nervae pro*|*n*]epoti | [*T(ito) Aelio Hadria*]no Antonino | [*Aug(usto) Pio, po*]nt(ifici) maximo), trib(unicia) | [*potestate*] (quinta) (a), co(n)s(uli tertium), | .... nus lib(ertus) procurator) | ... v. usiacae (b).

Minturnis (prope *Minturno*). — (a) a. 142. — (b) « *Procurator usiacus* est in titulo Memnoni inscripto vol. III n. 53; extremum versum tamen non habeo quomodo suppleam » Mommsen.

**1317.** (6077). — Imp(eratori) Caesari, divi | Hadriani filio, divi | Traiani Parthici nep(oti), | divi Nervae pronepoti, Tito Aelio Hadriano | Antonino Pio, pont(ifici) | max(imo), trib(unicia) pot(estate undecima) (a), co(n)s(uli quartum), p(atri) p(atriae) | Formiani publice.

Formiis (*Formia*). — (a) a. 148. — Ad Pium item spectant tituli C. n. 1644. 1645 (*Puteolis*). 3831 (*Capuae*). 6078 (*Formiis*).

**1318.** (1643). — Faustinae Aug(ustae imp(eratoris) Caesaris | T(iti) Aeli Hadriani | Antonini Aug(usti) Pii (a), p(atris) patriae), | tribunic(ia) pot(estate tertia), co(n)s(ulis tertium) (b), | collegium scabillariorum, | quibus s(enatus) c(onsulto) coire licet, | l(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum).

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) uxor. — (b) a. 140. — Faustinae est figlina C. n. 8043, 4 (*Ferentino?*).

**1319.** (1647). — [*Im*]p(eratori) Caesari [*M(arco)*] Aurelio | [*A*]ntonino Aug(usto), [*di*]vi Antonini f(ilio), | [*di*]vi Hadriani nep(oti), | [*divi*] Traiani Parthic(i) pronepoti), | [*divi*] Nervae abnepoti, | [*pon*]tifici max(imo), trib(unicia) pot(estate quinta decima) (a), | c(o)n)s(uli tertium), | Gaius Iulius Fortunatus, [10] | quinquennalis, nomine sociorum | scabillarior(um) Puteolanorum, | quibus ex s(enatus) c(onsulto) coire licet, | pequnia sua donum dat, l(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum).

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) a. 161.

**1320.** (EE. 457). — [*I*]mp(eratori) Caesari | M(arco) Aurelio | [*A*]ntonino Aug(usto), | [*di*]vi Antonini f(ilio), | [*di*]vi Hadriani nep(oti), | [*d*]ivi Traiani | [*Pa*]rthici pronep(oti), | [*di*]vi Nervae abnepoti),

[po]ntif(ici) max(imo), trib(unicia) | [po]-test(ate sexta decima) (a), co(n)s(uli tertium) | [col]onia Liternina d(ecreto) d(ecurionum).

Literni (ad lacum *di Patria*). — (a) a. 162.

**1321.** (3340). — .... |.... | div[i] Ne[r]-vae abnepotib(us) (a) | [navarchi et trie]rarchi classis praetor(iae) Misen(ensis), | [quod ad alteros ce]nturionatus, quibus divus Pius | [classem sua hono]raverat electo tertio ordine | [optimum princi]pem aequaverint.

Miseni. — Explicationem tituli vide apud Mommsenum. — (a) Sunt Marcus Aurelius et Lucius Verus.

**1322.** (3339). — .... | imp(eratoris) Antonini *Aug(usti)*] Pii, p(atris) p(atriae), filio (a). | classis praetoria | Misenensis.

Miseni. — (a) « Titulus dedicatus fuit aut Marco Caesari aut L. Vero nondum Augusto » Dessau (*Inscript.* n. 2840).

**1323.** (3695). — Imp(eratori) Cais(ari) Antonino Aug(usto) | C(aio) Pomponio Xysto curant(e).

Cumis (*Cuma*). -- Est M. Aureli (cfr. n. ).

**1324.** (5824). — Faustin[a]e Aug(ustae), | imp(eratoris) Cae(saris) M(arci) Aureli | Antonin[i] Augusti Germanici, trib(unicia) | [po]t(estate) vigesima septima) (a), | co(n)s(uli) I[II], p(atri) p(atriae) | Q(uintus) Laberiu[s Q]uartinus, | co(n)s(ul), (b), (septem) [vi]r epul(onum).

Ferentini (*Ferentino*). — Tractavit Borghesi, *Bull. d. Inst.* 1850 p. 145. — (a) a. 173. — (b) cfr. Borghesi l. c.

**1325.** (5051). — L(ucio) Aelio Aurelio | [Co]m[modo], (a) | imp(eratoris) Caes(aris) [Had]riani | An[to]nini Aug(usti) P[ii | fi]lio, | divi Hadriani nepoti, | divi Traiani *Par[thici] pro*nep(oti), | divi Nervae abnepoti, | / co(n)s(uli) (b), auguri d(ecreto) decurionum) | publice.

Atinae (*Atina*). — (a) L. Verus patre vivo. — (b) a. 154.

**1326.** (3695 a.). — Imp(eratori) Caisari Vero Aug(usto) | C(aio) Pomponio Xysto curant(e).

Cumis (*Cuma*).

**1327.** (6653). — .... Parthici pronepot(i), divi | Nervae abnepoti, | L(ucio) Aurelio Vero Aug(usto), | tribunic(ia) potestat(e) co(n)s(uli iterum) (a) Antiates publ(ice).

Antii (*Porto d'Anzio*). — (a) a. 161. — Ad Domitiam Lucillam Veri spectant figlinae C. n. 8046, [1-3.30].

**1328.** (6001). — [L(ucio)] Aurelio | [C]ommodo Caes(ari) | Germanico, | [im]-p(eratoris) M(arci) Aureli Antonini | Aug(usti), Parthic(i), German(ici), | [p]ontif(icis) maxim(i), p(atris) p(atriae) fil(io). | d(ecreto) d(ecurionum) p(ecunia) p(ublica).

Minturnis (prope *Minturno*). — Post a. 172 quo M. Aurelius Germanicus et ante a. 175 quo Sarmaticus dictus est.

**1329.** (1648). — Imp(eratori) Caes(ari) M(arco) (a) Aurel(io) Commodo | Antonino Aug(usto) Pio (b), p(atri) p(atriae), | (duum)-viro quinquenn(ali) (c) | Fl(avius) Pytheas marmorarius.

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) ab a. 180-191. — (b) inde ab a. 183. — (c) Puteolis.

**1330.** (1116). — Divo Commodo | Aug(usto), | pontif(ici) max(imo), trib(unicia) | pot(estate), co(n)s(uli), p(osuit) d(e)d(icavitque).

Abellini (*Atripalda*) — Mommsen confert titulum Salonitanum C. III n. 1947 = 8566: *Iovi optimo maximo et divo Claudio Aug. Germ. trib. pot. XIIII* etc. -- Ad Commodum spectant titulus Antiatinus C. n. 6654 et fistula Puteolana *Not. scavi* 1891 p. 321.

**1331.** (1650). — Imp(eratori) Caesari | L(ucio) Septimio Severo | Pio Pertinaci Aug(usto), | Arabic(o), Adiabenic(o), p(atri) p(atriae), | pontif(ici) max(imo), tribunic(ia) | potest(ate quarta), imp(eratori) octavum) (a), co(n)s(uli iterum), | proco(n)-s(uli), | divi M(arci) Antonini Pii, | Germ(anici), Sarm(atici) fil(io), divi | Commodi fratr(i), divi | Antonini Pii nepoti, divi | Hadriani pron(epoti), divi | Traiani Parthic(i) a[bn(epoti)], | divi Nervae [ad-

*n*(*epoti*)], | colonia Fl(avia) Au[*g*(*usta*) *Puteol*(*i*)].

Puteolis (*Pozzuoli*). — ([a]) a. 196.

**1332.** (3834). — [*I*]mp(eratori) Caes(ari), divi M(arci) Antonin[*i*] | Germ(anici), Sarm(atici) fil(io), divi Commo[*di* | *fr*]atri, di[*vi*] Antonini Pii nepo[*ti*, | *di*]vi Hadr[*iani*] pronepoti, div[*i* | *T*]raiani P[*ar*-*t*]hici abnepot(i), d[*ivi*] | Nervae adnepoti | [*L*(*ucio*) *S*]eptimio Severo Pio Pertinaci [*Aug*(*usto*) | *A*]rabic(o), Adiabenic(o), p(atri) p(atriae), pontif(ici) m[*ax*(*imo*), | *t*]rib(unicia) pot(estate quarta) ([a]), imp(eratori octavum), co(n)s(uli iterum), proc[*o*(*n*)-*s*(*uli*) *c*]olonia Capua.

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — ([a]) a. 196. — Similis est titulus a Privernatibus dicatus (C. n. 6437) ubi contra Severus imperator septimum.

**1333.** (6079). — Imp(eratori) Caesari, | divi Marci Antonini Pii | Germ(anici) Sarm(atici) filio, | divi Commodi fratri, | divi Antonini Pii nepoti, | divi Hadriani pronepoti, | divi Traiani Parth(ici) abnepoti, | divi Nervae adnepoti, | L(ucio) Septimio Severo Pio Pertinaci Aug(usto), | Arab(ico), Adiab(enico), pont(ifici) max(imo), | trib(unicia) pot(estate quinta) ([a]), imp(eratori octavum), co(n)s(uli iterum), p(atri) p(atriae), | col(onia) Aelia Hadriana Augusta Formiae.

Formiis (*Formia*). — ([a]) a. 197.

**1334.** (5173). — Imp(eratori) Caesari | L(ucio) Septimio Severo Pio Pertinaci Aug(usto), | Arab(ico), Adiab(enico), Part(hico) | max(imo), pont(ifici) max(imo), | trib(unicia) pot(estate octava) ([a]), imp(eratori | undecimum), co(n)s(uli) bis, p(atri) p(atriae), | collegium | aeneator(um) ([b]).

Casini (*Cassino*). — ([a]) a. 200. — ([b]) De Ruggiero 1 p. 296.

**1335.** (5908 auct.). — [*Imp*(*eratori*) *Caes*(*ari*), *divi M*(*arci*) *Antonini Pii Germ*(*anici*), *Sarmat*(*ici*) *f*(*ilio*), *divi C*]ommodi f[*ratri*], | divi Antonini Pii nepot(i), divi [*Hadri*]ani pronepot(i), divi Traiani P[*arthi*]ci abnepot(i), divi Nervae a[*dnepot*(*i*),] | L(ucio) Septimio Severo Pio Pertinaci Aug(usto), ponti[*fici*] | maximo, Arabic(o), Adiaben[*ico*], | Parthico maximo, co(n)s(uli iterum), p[*roc*(*ons*(*uli*)], tribuniciae pot(estatis), imp(eratori undecimum), in[*vict*(*o*)?], | imperatori Anagnini foen....([a])[10] [devotissimi numini eiu]s.

Anagniae (*Anagni*). — Tempus tituli posit inde tantum definitur, quod imperator undecimum dicitur inde ab a. 198, nam consul iterum fuit iam a. 194, tertium processit a. 202. Notabile est numerum tribuniciae potestatis omitti et loco, quo pontificis maximi vocabulum esse debuit, *Parthico maximo* esse. Nostro simillimus est titulus C. n. 5825 Septimio a Ferentinatibus novanis dicatus (cfr. Dessau, *Inscr.*, n. 421). Cfr infra n. . — ([a]) « Quid subsit ignoratur, neque enim videtur cogitari posse de foederatis » MOMMSEN.

**1336.** (5909 add.). — Imp(erator) Caesar, divi Marci | Antonini Pii Germ(anici), Sarmatici | filius, divi Commodi frater, divi | Antonini Pii nepos, divi Hadriani pronep(os), divi Traiani Parthici | abnepos, divi Nervae adnep(os), | L(ucius) Septimius Severus Pius Pertinax Aug(ustus) Arabic(us), Adiab(enicus), Parthic(us) max(imus), | pontif(ex) max(imus), trib(unicia) pot(estate quinta decima) ([a]), imp(erator duodecimum), co(n)s(ul tertium), p(ater) p(atriae) et | imp(erator) Caesar, imp(eratoris) Caesaris L(uci) Septimi[10] | Severi Pii Pertinacis Aug(usti) Arabici, | Adiab(enici), Part(hici) maximi) fil(ius), divi Marci Antonini Pii Germ(anici), Sarm(atici) nepos, divi Antonini Pii pronepos, divi Hadriani | abnepos, divi Traiani Parth(ici) adner. (*sic* = *adnepos*) | M(arcus) Aurelius Antoninus Aug(ustus) | Pius Felix, pontif(ex), trib(unicia) pot(estate decima), imp(erator iterum), co(n)s(ul tertium) des(ignatus) | *fortissimus ac super omnes felicissimus* | *princeps* ([b])[20] | viam quae ducit in Villam magnam ([c]) | silice sua pecunia straverunt.

Anagniae (*Anagni*). — ([a]) a. 207. — ([b]) In litura reposita sunt; antea fuit: *et P. Septimius Geta, nobilissimus Caesar*. — ([c]) « Non solum Villa Magna vicus adhuc extat sub eodem nomine prope Anagniam Sgurgolam versus, sed etiam ipsam viam Anagnia eo ducentem inte-

# SYLLOGE EPIGRAPHICA

## ORBIS ROMANI

CURA ET STUDIO **HECTORIS DE RUGGIERO** EDITA

**Volumen II.**

INSCRIPTIONES ITALIAE CONTINENS

EDIDIT


**DANTES VAGLIERI**

FASC. V.



GUSTAV FOCK
BUCHHANDLUNG
LEIPZIG

1894.



EUGENIUS LAURENTI, amicissimus noster, vir latinis litteris et iure romano doctissimus, viginti quinque annos natus mature decessit, luctum afferens consanguineis et amicis, quibus magna erat exspectatio ingenii eius, nobis praesertim qui eo socio nostri operis usi sumus; quae enim ad grammaticorum praecepta spectant diligenter animadvertebat et inscriptiones versibus compositas adnotabat. Cuius loco socium nobis adscivimus amicum et studiorum sodalem JOSEPHUM COCEVÀ, latinis litteris et eum eruditum, cui hoc loco pro labore suscepto gratias agimus plurimas (D. V.)

# SIGNA ET COMPENDIA

Signa, quibus usi sumus, sunt solita. Unci quadrati partem quae desideratur indicant; unci rotundi complementa litterarum singularium. Signa !!!!! indicant vocabula erasa; '/.'.'.' vocabula quae non excipiuntur; | versuum divisionem indicant; in carminibus litterae grandes principium versuum. Quum numerus versuum maior est quam decem, notavimus. Originem inscriptionum certam aut etiam probabilem semper subscripsimus. Quaestiones, quae ad lectionem spectant, raro attulimus: lectione, quae in *Corpore* firmata est, et supplementis clarorum ipsius editorum aut usi sumus, aut si recessimus, in notis indicavimus.

Libros, qui in manibus omnium cultorum antiquitatum sunt, nudo nomine auctoris citavimus: hi sunt praesertim:

BORGHESI, *Oeuvres complètes*. Vol. I-IX — Parisiis, 1862-74.
FORCELLINI, *Totius latinitatis lexicon* — Prato, 1858-75.
HIRSCHFELD, *Röm. Verwaltungsgeschichte*. Vol. I — Berolini, Weidmann.
KUBITSCHEK. *Imperium Romanum tributim discriptum* — Vindobonae, Tempsky. 1889.
MOMMSEN. *Röm. Staatsrecht*. Vol. I, II (ed. tertia). Vol. III — Lipsiae, Hirzel
MARQUARDT. *Röm. Staatsverwaltung*. Editio altera. Vol. I: *Die Organisation des röm. Reichs*. — Vol. II: *Das Finanzwesen* (cur. Dessau). *Das Militärwesen* (cur. Domaszewski). — Vol. III: *Das Sacralwesen* (cur. Wissowa) — Lipsiae. Hirzel.
PRELLER. *Röm. Mythologie*. Ed. altera (cur. Jordan) — Berolini. Weidmann.
ROSCHER. *Lexikon der Mythologie*. Vol. I. II — Lipsiae. Teubner.
DE RUGGIERO, *Dizionario epigrafico*, Vol. I. II — Romae. Pasqualucci.
SCHILLER, *Geschichte der röm. Kaiserzeit*. Vol. I. II — Gothae, Perthes.

# YLLOGE EPIGRAPHICA

## ORBIS ROMANI

CURA ET STUDIO **HECTORIS DE RUGGIERO** EDITA




**Volumen II.**

INSCRIPTIONES ITALIAE CONTINENS

EDIDIT

**DANTES VAGLIERI**

FASC. VI. e VII



LEIPZIG
GUSTAV FOCK
BUCHHANDLUNG

1894.

# SIGNA ET COMPENDIA

Signa, quibus usi sumus, sunt solita. Unci quadrati partem quae desideratur cant: unci rotundi complementa litterarum singularium. Signa !!!!! indicant vo erasa: ///// vocabula quae non excipiuntur; | versuum divisionem indicant: in nibus litterae grandes principium versuum. Quum numerus versuum maior est decem, notavimus. Originem inscriptionum certam aut etiam probabilem semper scripsimus. Quaestiones, quae ad lectionem spectant, raro attulimus: lectione qu *Corpore* firmata est, et supplementis clarorum ipsius editorum aut usi sumus, recessimus, in notis indicavimus.

Libros, qui in manibus omnium cultorum antiquitatum sunt, nudo nomine au citavimus: hi sunt praesertim:

BORGHESI, *Oeuvres complètes*. Vol. I-IX — Parisiis, 1862-74.
FORCELLINI, *Totius latinitatis lexicon* — Prato, 1858-75.
HIRSCHFELD, *Röm. Verwaltungsgeschichte*. Vol. I — Berolini, Weidmann.
KUBITSCHEK, *Imperium Romanum tributim discriptum* — Vindobonae, T... 1889.
MOMMSEN, *Röm. Staatsrecht*. Vol. I, II (ed. tertia). Vol. III — Lipsiae. Hir...
MARQUARDT, *Röm. Staatsverwaltung*. Editio altera. Vol. I: *Die Organisati... röm. Reichs*. — Vol. II: *Das Finanzwesen* (cur. Dessau). *Das Militär...* (cur. Domaszewski). — Vol. III: *Das Sacralwesen* (cur. Wissowa) — L... Hirzel.
PRELLER, *Röm. Mythologie*. Ed. altera (cur. Jordan) — Berolini. Weidma...
ROSCHER, *Lexikon der Mythologie*. Vol. I, II — Lipsiae. Teubner.
DE RUGGIERO, *Dizionario epigrafico*. Vol. I, II — Romae. Pasqualucci.
SCHILLER, *Geschichte der röm. Kaiserzeit*. Vol. I, II — Gothae. Perthes.

gram viderunt Holstenius et Marangonius; hic addit a. 1739 eam destrui coeptam esse novae instaurandae causa » MOMMSEN.

**1336.** (4735). — [*Imp(eratori) Cae*]sari | [*L(ucio) Septimi*]o Se[*vero Pio P*]ertinaci | [*Aug(usto)*] Parthico max(ima), | [*Arab(ico), Adiab(enico)*], pontifici m[*aximo*], tribuniciae | [*p*]otes(tatis), imp(eratori quartum), | [*co(n)s(uli)*](iterum), p(atri) p(atriae), | [*colo*]nia Flavia.

Sinuessae (*Mondragone*). — Titulus est confusus. Numerus tribuniciae potestatis omittitur (cfr. n. 1335): consul iterum fuit a. 194, tertium a. 202: imperator quartum fuit a. 194|5, quintum a. 195; titulo Parthici maximi utitur solum inde ab a. 199.

**1337.** (3835). — [*Imp(eratori) Caes(ari) L(ucio) Septimio Seve*]ro Pio Pertinaci *Aug(usto) Arab(ico), Adi*]ab(enico), Par[*thico* | *maximo et imp(eratori) Caes(ari) M(arco)*] Aurelio A[*ntonino Pio Felici Augu*]sto, Par[*thico* | *max(imo), Britannico max(imo), Germanico m*]ax(imo), p(atri) p(atriae) et Iul[*iae Aug(ustae), matri Aug(usti) n(ostri) et c*]astroru[*m* | *colonia ....*] Telesia d[*evotissima num*]ini eoru[*m*].

Capuae (*S. Maria Capua Vetere*). — Cfr. C. IX p. 205. — Titulum supplevit Mommsen: sed notabile est Antonino titulos tribui, quibus tantum post mortem patris usus est. — Ad Septimium Severum spectant titulus C. n. 1649 (*Puteolis*) et fistulae C. n. 1899 (*Puteolis*), 6487 (*Urbis*); ei dedicaverunt Suessani inscriptionem C. n. 4748 (*Suessae Auruncae*), pagus Lapillanus C. n. 5172 (*Casini*).

**1338.** (3341). — M(arco) Aurelio Antonino Caesari, filio | imp(eratoris) L(uci) Septimii Severi Pertinacis | Aug(usti), Arab(ici), Adiab(enici), p(atris) | p(atriae), pontif(icis) max(imi), trib(unicia) | pot(estate quarta) ([a]), imp(eratoris octavum), co(n)s(ulis iterum), proco(n)s(ulis), navarchi et trierarchi cl(assis) pr(aetoriae) Misenensis).

Miseni. — ([a]) a. 196 — Similis est titulus C. n. 1651 a Colonia Flavia Augusta Puteolis dicatus.

**1339.** (5174). — M(arco) Aurelio | Antonino | Caes(ari), | imp(eratori) destin(ato) ([a]), | imp(eratoris) L(uci) Septimi | Severi Pii Perti|nacis Aug(usti) | filio | d(ecreto) d(ecurionum).

Casini (*Cassino*). — ([a]) a. 197.

**1340.** (5964). — M(arco) Aurelio Antonino Caes(ari), imp(eratoris) Caes(aris) | L(uci) Septimi Severi Pertinacis Aug(usti Pii | Arabici, Adiabenici, p(atris) p(atriae) filio, | s(enatus) p(opulus)q(ue) S(igninus).

Signiae (*Segni*). — a. 196|8.

**1341.** (5052). — Imp(eratori) Caes(ari), L(uci) Sep|timi Severi Pii Pertinacis Aug(usti) Arab(ici), Adiab(enici), | Part(hici) max(imi) fil(io), divi M(arci) Antonin[*i*] | Pii Germ(anici) Sarmat(ici) nep(oti), divi Pii | Antonini pron(epoti), divi Hadriani | abnep(oti), divi Traiani et divi | Nervae adnep(oti), M(arco) Aurelio | Antonino Aug(usto), trib(unicia) pot(estate tertia) ([a]), proco(n)s(uli), | d(ecreto) d(ecurionum) publice.

Atinae (*Atina*). — ([a]) a. 200.

**1342.** (5826). — Iuliae Aug(ustae), matri | Aug(usti) et castror(um) | et senatus ac | patriae, piae, felici. || Imp(eratori) Caes(ari) M(arco) Aurellio Antoni[*no Pio*] | Felici Aug(usto), Part(hico) max(imo), Brit(annico) max(imo), [*pont(ifici)*] | max(imo), Ger(manico) max(imo), trib(unicia) pot(estate sexta decima) ([a]), imp(eratori iterum), co(n)s(uli) [(*quartum*)] | proc(onsuli), magno et invicto ac fortissimo principi. || Senatus populusq(ue) Ferentin[*as*].

Ferentini (*Ferentino*). — ([a]) a. 213. — Ad Antoninum spectant tituli C. n. 6424, a Circeiensibus dicatus (a. 213?, *Circeiis*), 6655 (*Antii*), fistulae 6685 (*Antii*): ad eum vel patrem titulus C. n. 8243 a senatu populoque Anagnino positus.

**1343.** (5827). — [*Hon*]ori im[*p(eratoris)*] | *M(arci)*] Aure[*l*]i An[*to*]nini Pii Felicis Aug(usti), | [*sa*]cerd(otis) amp[*lissimi*] invicti Solis Elagaba[*li*] ([a]), p[ont(ificis) max(imi), trib(unicia) pot(estate) |

.... co(n)s(uli tertium) ($^b$), p(atri) p(atriae) | [s(enatus)] p(opulus)q(ue) F(erentinas).

Ferentini (*Ferentino*). — ($^a$) Hoc nomen est Elagabalo etiam in nummis. — ($^b$) a. 220: consul quartum fuit a. 222.

**1344.** (3342). — .... [d]ivi Magni Pii A[*ntonini f*(*ilius*)($^a$).... | .... *Invic*]tus Pius Felix et supe[*r omnes principes* ....] | .... *co*]nlapsam a solo restit[*uit* .... | .... *cur*]ante Sulgio Ca[*eciliano*] .... ($^b$).

Miseni — ($^a$) Est Elagabalus aut Alexander. — ($^b$) Sulgius Caecilianus, cuius nomen hic Garrucci supplevit ex lapide C. VIII 1322 = 14854, fuit navarchus classis praetoriae Misenatium et postea praepositus reliquationi classis eiusdem.

**1345.** (6002). — Iuliae Maesae | Au-g(ustae), aviae imp(eratoris) | Caes(aris) !!! | !!!!! ($^a$).

Minturnis (prope *Minturno*). — ($^a$) Erasa sunt nomina Elagabali.

**1346.** (4554). — Iuliae | Corneli(ae | Paulae | Aug(ustae)($^a$) | [*d*(*ecreto*)] d(ecurionum).

Trebulae (*Treglia*). — ($^a$) Est uxor Elagabali.

**1347.** (EE.$^8$, 871). — [*Im*]p(eratori) C[*a*]e|s(*ari*) *M*(*arco*)] *Aurellio* [*Severo* | *A-le*]*xan*[*d*]*ro* [*Pio*] *Fel*[*i*]*ci Au*[*g*(*usto*)], *pon-t*(*ifici*) | *max*(*imo*), *trib*(*unicia*) ($^a$) pot(estate), co(n)s(uli) ($^b$), p(atri) p(atriae), divi Septim[*i* | *Se*]veri Pii [*nepo*]ti, ($^b$) divi Antonini | [*M*]agni Pii [*filio*] ($^c$), | colonia Aurelia Aug(usta) | Antoniniana Felix | Neapolis.

Neapoli (*Napoli*). — Tractaverunt Hülsen, *Bull. d. Inst.* 1890 p. 303, De Petra, *Archivio storico per le prov. Nap.* 1890 p. 636. 639. 842. — ($^a$) Quae dedimus litteris inclinatis sunt erasa. — ($^b$) a. 222. — ($^c$) Vocabula erasa.

**1348.** (1653). — Imp(eratori) Caesari, | divi Septimi Severi | Pii nep(oti), divi Antonini | Magni Pii [*filio*] ($^a$), | M(arco) Aurelio Severo | [*Alexandro*] ($^a$) Pio Felici | Aug(usto), pontific(i) maxim(o), | trib(unicia) potest(ate quarta), co(n)s(uli iterum) ($^b$), p(atri) p(atriae), | col(onia) Fl(avia) Aug(usta) Puteoli.

Puteoli (*Pozzuoli*). — ($^a$) Vocabula erasa. — ($^b$) a. 226. — Ad eundem spectat titulus C. n. 1692 (*Puteolis*).

**1349.** (1654). — [*Sall*(*ustiae*) *Barbiae Orbianae*, | *uxori*] ($^a$) | imp(eratoris) Caes(aris) M(arci) Aurelli | Severi [*Alexandri*] ($^a$) | Pii Felicis August(i), | colonia Flavia | Aug(usta) Puteoli.

Puteolis (*Pozzuoli*). — ($^a$) Vocabula erasa.

**1350.** (5054). — Divae | Caeciliae Paulinae | Piae Aug(ustae).

Atinae (*Atina*). — « Extant nummi inscripti *diva Paulina* cum capite velato, quos nummorum periti attribuunt uxori Maximini (Eckhel 7. 296). Ex scriptoribus Maximini uxorem memorant, sed nomine non posito, Ammianus Marc. 14, 1, 8; Syncellus p. 680 ed. Bonn; Zonaras 12, 16 » Dessau (*Inscr.* n. 492).

**1351.** (1117). — Imp(eratori) Caesari M(arco) Antonio | Gordiano Pio | Fel(ici) Aug(usto), pont(ifici) | max(imo), trib(unicia) pot(estate tertia) ($^a$), | co(n)s(uli), p(atri) p(atriae), optimo | fortissimoq(ue) principi, | col(onia) Ven(eria) Livia Aug(usta) | Alexandrian(a) [10] | Abellinatium ($^b$).

Abellini (*Atripalda*). — Est Gordiani III. — ($^a$) a. 240. — ($^b$) cfr. C. p. 127.

**1352.** (5965). — Furiae Sabiniae | Tranquillinae Aug(ustae) | ...

Signiae (*Segni*). — Est coniux Gordiani III.

**1353.** (4556). — M(arco) Iulio Philippo, nobilissimo Caes(ari) ($^a$), | principi iuventu|ti(s), filio imp(eratoris) Cae(saris) M(arci) Iuli Philippi | Pii Fel(icis) Augu-sti) | d(ecreto) d(ecurionum).

Trebulae (*Treglia*). — ($^a$) a. 244. Augustus fuit a mense Augusto (?) 246. — Ad uxorem Philippi patris pertinet fortasse titulus C. n. 3555: *Marciae* .... (Trebulae).

**1354.** (6564). — [*Imp*(*eratori*) *Caesari*] *C*(*aius*) *Messius* | *Quintus Traianus Decius Pius* [*Felix* | *Aug*(*ustus*), *pont*(*ifex*) *max*(*imus*), *trib*(*unicia*) *pot*(*estate*)....($^a$), co(n)s(uli iterum) ($^b$), pr[*oco*(*n*)*s*(*uli*)].

Velitris (*Velletri*). — ($^a$) Tribuniciae potestates Decii ab a. 248 numerantur, quo milites eum imperatorem clamaverunt, vel a mense octobre

a. 249, cum senatus eum confirmavit. — (b) Consul II fuit a. 250, cum tertia vel secunda tribunicia potestate fuit.

**1355.** (5391). — [*Imp(eratori)*] Caes(ari) [*P(ublio) Lic(inio)* | *V*]alerian[*o* | *P*]io Fel(ici) Invicto | Aug(usto), pontif(ici) max(imo), trib(unicia) pot(estate sexta) (a), co(n)s(uli quartum), p(atri) p(atriae).

Aquini (*Aquino*). — (a) a. 258.

**1356.** (5176). — [*Imp(eratori) Caes(ari)*] P(ublio) Licini[*o*] | Egnat[*io Gal*]lieno | Pio Fe[*lici*] Aug(usto), pont(ifici) max(imo), trib(unicia) pot(estate tertia)(a), | co(n)s(uli iterum), p(atri) p(atriae), | d(ecreto) d(ecurionum).

Casini (*Cassino*). — (a) a. 255.

**1357.** (4784). — [*Imp(eratori)* Caesari) P(ublio) Licinio | [*Gal*]lieno Pio Fel(ici) | [*Inv*]icto, Germ(anico) | [*ma*]x(imo), pont(ifici) max(imo), | [*Pa*]rt(hico) max(imo) (a), | trib(unicia) | [*pot(estate)*] (quarta decima), co(n)s(uli) | [(*sextum*), *d*]esig(nato septimum) (b), [*Tean*]enses devoti | [*num*]ini maiesta[*tiq(ue)*] | eius.

Teani Sidicinum (*Teano*). — (a) « *Part. max.*, quod supplevi, vestigia flagitant; alibi non reperitur, sed rarissimi sunt omnino Gallieni tituli per annos eius postremos dedicati » MOMMSEN. — (b) a. 265. Tribunicia potestate XIII debuit esse.

**1358.** (5803-5805). — *Imp(eratori) Caesari* | *P(ublio) Licinio Gal*[*lieno* !!! *Fel(ici)* | [*A*]*ug(usto) f(ilio)*(?), | *co(n)s(uli tertium), p(atri) p(atriae)*(a). || —[*Di*]ocletiano | .... Aug(usto) et imp(eratori) Ma.!!!!! (b) | .... [*ma*]iestatiq(ue) .... || — Divo Maximian(o) (c) | s(enatus) p(opulus)q(ue) A(letrinus).

Aletrii (*Alatri*). — Tres inscriptiones in uno lapide cernuntur. — (a) Tota erasa sunt. Pertinet ad a. 567|60. — (b) Erasum est nomen Maximiani. — (c) « eidem Maximiano dedicata est post mortem honores eius auctore filio Maxentio in integrum restituto » MOMMSEN.

**1359.** (5828). — Corneliae | Saloninae | sanctissimae | Aug(ustae), coniugi | d(omini) n(ostri) Gallieni | Invicti Aug(usti) | Ferentinates novani, | devoti numini | maiestatiq(ue) eius.

Ferentini (*Ferentino*). — Ad eandem spectant tituli C. n. 3836 (*Capuae*). 4757 (*Trebulae*). 5053 (*Atinae*).

**1360.** (4558). — P(ublio) Licinio | Cornelio | Valeriano | nobilissimo Caes(ari), | d(ecreto) d(ecurionum).

Trebulae (*Treglia*). — Est Valerianus Gallieni filius maior.

**1361.** (4575). — Licinio Cor|nelio Salo|nino | Valeriano (a), | nobilissimo Caes(ari), | d(ecreto) d(ecurionum).

Caiatiae (*Caiazzo*). — (a) Nomen Valeriani adsumpsit fratre maiore interfecto (a. 259).

**1362.** (6221). — .... Salonin[*o*] (a) .... nobiliss[*imo Caesari, pri*]ncipi iuv[*entutis, imp(eratoris) Ca*]es(aris) P(ubli) Licin[*i Gallie*]ni P(ii) F(elicis) Invic[*ti Au*g(*usti*) *fil(io)*,] imp(eratoris) Caes(aris) [*Valer*]iani P(ii) F(elicis) [*Invicti A*]ug(usti) [*nep(oti)*] .... public[*e*].

Fundis (*Fondi*). — (a) Est P. Licinius Cornelius Saloninus Valerianus.

**1363.** (1655). — Fortissimo et piissimo | principi suo | M(arco) Aurelio Carino (a) | Rufius Volusianus, | v(ir) c(larissimus), | eorum (*sic*) iudicio | beatissimus iterum | corrector (b).

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) a. 282/3. — (b) cuius regionis?

**1364.** (1244). — Imp(eratori) Caesari C(aio) Valerio | Diocletiano | Pio Felici | Augusto) (a) | col(onia) | Fel(ix) Aug(usta) Nola.

Nolae (*Nola*). — (a) a. 284-305.

**1365.** (3343). — .... [*Sarmatico max(imo)*] ...., *Persico max(imo)* ...., | (*German*]ico max(imo septimum), B[*ritann*]ico | [*max(imo), Ca*]rpico max(imo), Armeniaco max(imo), [*Medic*]o max(imo), Adiabenico max(imo) (a), trib(unicia) p(otestate undevicesima) (b), cons(uli septimum), p(atri) p(atriae), | ....o....ius v(ir) p(erfectis-

simus), praef(ectus) class(is) praet(oriae), | [*nu*]mini maiestatiq(ue) eius dicatissimus.

Puteolis (*Pozzuoli*). — (*a*) Est Diocletianus. — (*b*) a. 302.

**1366.** (4576). — Imp(eratori) Caes(ari) | C(aio) Valer(io) Dio'cletiano Pio | Felici Invicto Aug(usto) | et | imp(eratori) Caes(ari) | M(arco) Aur(elio) Maximia|no .... (*a*).

Caiatiae (*Caiazzo*). — (*a*) a. 285-305.

**1367.** (5334). — Imp(eratori) Caes(ari) M(arco) Aurelio | Maximiano Pio | Aug(usto) | ////// | ////// | ////// | ////// | d(ecreto) d(ecurionum).

Interamnae Lirenate (prope *S. Giorgio a Liri*).

**1368.** (4785). — [*F*]lavio Valerio C[*on*]stantio, nobilissimo | Caesari, | res p(ublica) Teanensium, de|dicantibus Pompeio Faus|tino, v(iro) c(larissimo), corr(ectore) Campaniae et | Ovinio Gallicano, v(iro) c(larissimo), cur(atore), | num(ini) maiestatique eorum | dicatissimis.

Teani Sidicinum (*Teano*). — « Secundum Borghesium (6, 281), Pompeius Faustinus is est, qui praefecturam urbis administravit a. 301, Ovinius Gallicanus (cfr. vol. VI n. 1155) pater praefecti urbis a. 316, 317 » MOMMSEN. Quae si ita sunt, corrector Campaniae fuit inter a. 292 et 300, et nomina habuit Pompeium Appium Faustinum, cfr. Cantarelli, *Bull. d. comm. mun.* 1892 p. 137.

**1369.** (1246). — [*D*(*omino*) *n*(*ostro*)] Flavio Valerio | [C]onstantio, | [*no*]bilis(imo) ac beatis[*s*(*imo*)] | C]aesari (*a*) | *ordo* [*po*]*pulusque Nolanus* | *d*(*evotus*) *n*(*umini*) *m*(*aiestati*)*q*(*ue*) | *eius*.

Nolae (*Nola*). — Basis rescripta est: litterae videntur sublatae inscriptionis, ad quam etiam verba pertinent quae inclinatis litteris dedimus. — (*a*) a. 292-305.

**1370.** (6003). — Divo | Flavio Valerio | Constantio (*a*) | colonia Mint(urnae).

Minturnis (prope *Minturno*). — (*a*) Mortuus est a. 306.

**1371.** (517). — Dominae nostrae Flaviae Augustae | Helenae, divi Constanti castissimae coniugi, procreatrici d(omini) n(ostri) Constantini | maximi, piissimi ac victoris Augusti, | aviae dominorum nostrorum *Crispi* | *et* (*a*) Constantini et Constanti (*b*) beatissi|morum ac felicium Caesarum, | Alpinius Magnus, v(ir) c(larissimus), corr(ector) Lucaniae et | Brittiorum, statuit devotus excellen|tiae pietatique eius.

Salerni (*Salerno*). — Tractavit Borghesi 8, p. 289. — (*a*) *Crispi et* erasa sunt. Titulus positus est ante a. 326, quo caedes eius evenit. — (*b*) Constantius Caesar factus est a. 323.

**1372.** (1483). — Piissimae ac clementissimae | dominae nostrae Augustae Helenae, matri | domini nostri victoris, semper Augusti Constan'tini et aviae | dominorum nostrorum | Caesarum beatorum, | uxori divi Constantii, | ordo Neapolitanorum 10 | et populus.

Neapoli (*Napoli*).

**1373.** (1484). — Piissimae ac venerabili | dominae nostrae Helaenae (*sic*) Augustae, matri | domini nostri victoris semper Aug(usti) Constantini et | aviae dominorum nostrorum | beatissimorum Caesarum | ordo et populus Neapolitanus.

Neapoli (*Napoli*).

**1374.** (4577). — Domino | nostro | Galerio | Valerio Maximiano, nob(ilissimo) Caes(ari) (*a*).

Caiatiae (*Caiazzo*). — (*a*) a. 292-305.

**1375.** (516). — Reparatori orbis sui | d(omino) n(ostro) Flavio Valerio | Constantino Pio | Felici Invicto | Augusto (*a*) | ordo populusque Salernitanus | devoti numini maiestatique | eius.

Salerni (*Salerno*). — (*a*) a. 306-337.

**1376.** (677). — Instauratori orbis | terrarum perpetuo | ac piissimo imp(eratori) d(omino) n(ostro) Fl(avio) Valerio | Constantino | Maximo Pio | Felici, semper vic|toris (*sic*) Aug(usto) resp(ublica) | Surrentinorum d(onum) d(edit).

Surrenti (*Sorrento*).

**1377.** (1245). — D(omino) n(ostro) Fl(avio) Valerio | Constantino | Pio Felici in-

[im]peratori) | semper Aug(usto) | ordo populusque | Nolanus | d(evoti) n(umini) m(aiestati)q(ue) eius.

Nolae (*Nola*).

**1378.** (1482). — Domino nostro | Fl(avio) Constantino | P(io) F(elici) Victori, sem|per Augusto | ...nius (a) Va[*le*]ntin[*us*] v(ir) c(larissimus), cons(ularis) [*C*]ampaniae | ...otiss...

Neapoli (*Napoli*). — Totus titulus erasus est. — (a) Cantarelli (*Bull. d. comm. com.* 1892 p. 193) legit cum Nisseno [*Iu*]*nius*. Praefuit Campaniae inter a. 333 et 337.

**1379.** (5650). — Fl(avio) Val(erio) Co*stan*|tino | Pio Felici A[*ug*(*usto*)] | Fabrat(erni) vet[*eres*].

Fabrateriae Veteri (*Ceccano*).

**1379** *a*. (678 auct.). — Pissimae ac veneravi|li (*sic*) d(ominae) n(ostrae) *Faustae* (a) Aug(ustae), | *uxori* (a) d(omini) nostri) Maximi | Victoris Aug(usti) | Constantini *no*[*r*]*aer*|[*cae*] (b) d(ominorum) n(ostrorum trium) *Crispi* (a), Constantini, Constanti, baea|tissimorum [*Caesarum* | *r*]*es* p(ublica) S[*urrentin*]or(um). [10]

Surrenti (*Sorrento*). — (a) Vocabula *Faustae*, *uxori*, *Crispi* erasa sunt. — (b) Auctores tradunt alios Constantino Magno non ex uxore natos esse (cfr. quae Mommsen adnotat). — Titulus positus est inter a. 323 et 326 (cfr. supra n. 1371).

**1380.** (1656). — Felicitati perpetui (*sic* = *perpetuae*) tempo|ris d(omini) n(ostri) Valentiniani (a) | victoris ac trium|fatoris semper Aug(usti), | Avianus Valentinus, | v(ir) c(larissimus), cons(ularis) Camp(aniae) (b), | devotus numini | maiestatique eius.

Puteolis (*Pozzuoli*). — (a) Est Valentinianus I (a. 364-375). — (b) Cantarelli, *Bull. d. comm. com.* 1892 p. 192.

**1381.** (679). — D(omino) n(ostro) Flavio | Gratiano | semper | Augusto.

Surrenti (*Sorrento*). — A. 367-383.

**1382.** (6656). — Florente imperio (trium) dominorum) A(u)g(ustorum)q(ue) n(ostrorum) Grattiani (*sic*), | Valentiniani et Theodosi, principum maximorum, (a) thermarum speciem ruinae deformitatem (*sic* = *deformitate*) sordentem | et periculosis ponderibus inminentem, quae labantem (*sic* = *lavantem*) | populum metu sollicitudinis deterrebat, exclusa totius | scarie (*immo carie*) vetustatis ad firmam stabilitate(m) usumq(ue) tectorum | Anicius Auchenius Bassus, v(ir) c(larissimus), pro consule Campaniae (b) vice sacra iudicans, r[*e*]paravi in meliorem civitatis effigiem.

Antii (*Porto d'Anzio*). — (a) a. 379|382. — (b) De Ruggiero 2 p. 44 Cantarelli, *Bull. della comm. com.* 1892 p. 208.

**1383.** (6425). — Salvis d(ominis) n(ostris) Honorio | et Theodosio invictissi|mis imp(eratoribus) (a) | Fl(avius) Nicius Theodulus, v(ir) c(larissimus), | vicarius urbis [*a*]eternae | ....

Circeiis (prope *Paola*). — (a) a. 408|423.

**1384.** (1485). — D(ominus) n(oster) Placidus Valentin[*ianus* (a), *providen*]tissimus omnium retr[*o principum*], salvo atque concordi [*d*(*omino*) *n*(*ostro*) *Fl*(*avio*) *Theo*]|dosio (b), invictissimo Au[*g*(*usto*) *ad decus no*]minis sui Neapolitana[*m civitatem*] | ad omnes terra mari[*que incursus*] | expositam et nulla [*securitate*] | gaudentem ingenti [*labore atque*] | sumptu muris turrib[*usq*(*ue*) *munivit*].

Neapoli (*Napoli*). — (a) Valentinianus II, imperator ab a. 425. — (b) Theodosius II a. 450 mortuus est.

Ad imperatores eorumque domum spectant item tituli C. X n. 934. 935. 965. C. IV 1470 (*Pompeiis*). C. X 1118. 1119 (*Abellini*). 1241. 1248 (*Nolae*). Kaibel 730-733 (*Neapoli*). C. X 1618. 1626-28. 1635. 1646. 1657-78. 1716. EE. 361-3 (*Puteolis*). C. X 3696 (*Cumis*). 3731 (*Atellae*). 3837-42 8218 (*Capuae*). 4576 a (*Caiatiae*). 4618 (*Cubulteriae*) 4783 (*Teani Sidicinum*). NS. 1892 p. 118 (*Venafri*). C. X 5175. 5177 (*Casini*). 5332. 5333 (*Interamnae Lirenate*). 5390 (*Aquini*). 5823 (*Ferentini*). 5907 (*Anagniae*). 5966 (*Signiae*). 6007 (*Minturnis*). 6080. EE. 630 (*Formiis*). C. X 6311. NS. 1892 p. 54 (*Tarracinae*). 6563 (*Velitris*). EE. 649 (*Antii*). C. X 8043, 7-17.

**Miliaria.**

***Via Severiana ad Ardeam.***

**1385.** (6811). — Imp(erator) Caes(ar) [*C(aius) Iulius* | *Verus Maximinus*] (*a*) | Pius Felix Aug(ustus), | pontif(ex) max(imus), Germ(anicus) max(imus), Dacicus max(imus), Sarm(aticus) max(imus), | trib(unicia) potest(ate quarta) (*b*), imp(erator quintum), | co(n)s(ul), proco(n)s(ul), p(ater) p(atriae) et | [*C(aius) Iulius Verus Maximus, nob(ilissimus)) Caesar*] (*c*), | Germ(anicus) max(imus), Dacicus max(imus), Sarmaticus max(imus), | princeps iuventutis, | litus vicinum viae Severianae | adsiduis maris adluentibus | fluctibus ad labem ruinae | labefactatum aggeribus | marini operis a fundamentis, | ut periculum commeantibus | abesset, extrui curarunt.

Ardeae (*Ardea*). — (*a*) Vocabula erasa. — (*b*) a. 238.

***Via Appia***

(Cfr. supra p. 44).

**1386.** (6838 = EE. 8, 676. 900). — P. Claudio Ap. f. | C. Fou[r]io .... | aidiles. || *In lateribus:* LIII. || X.

Quo loco reperta sit ignoratur; extat Mesae. Intellige: *P(ublius) Claudius Ap(pi) f(ilius), C(aius) Furius [C(ai) f(ilius)] aediles*. Sunt P. Claudius Pulcher, consul a. 505 et C. Furius Pacilus, consul a. 503, ut Hülsen adnotavit.

**1387.** (6872). — Cn(aeus) D[*o*]m[*iti*]u[*s*] co(n)s(ul). | CXII.

Prope *Mondragone*. Est pars altera tituli C. n. 6873.

**1388.** (1629 auct.). — Imp(erator) Caesar | Vespasianus Aug(ustus), | pontif(ex) maxim[*us*], trib(unicia) potestat(e) VI *I* (*a*), imp(erator septimum decimum), p(ater) p(atriae), censo[*r*], | co(n)s(ul septimum), design(atus) [*V*]III.

Originis incertae. — (*a*) a. 76. — Sunt Vespasiani miliarium I (C. n. 6812). VII supra n. 313).

**1389.** (6822). — Imp(erator) Nerva Caesar Aug(ustus), | pontifex | max(imus), | tribuniciae | potestat(is), | co(n)s(ul tertium), (*a*) | pater patriae, | faciendum curavit. | XLII.

II m. p. fere a *Ponte Sisto* Tarracinam versus. — (*a*) a. 97 ante 13 Sept. — Simile est miliarium I (C. n. 6813: Romae). VII (cfr. supra n.313). XLV (C. n. 6829 add.: *e regione Setiae*. XLVIII (C. n. 6832: *dentro un pantano vicinissimo a S. Giacomo*). LXXXIII (C. n. 6859 (?): *Itio Formias proficiscenti ad laevam*. LXXXV. LXXXVI. LXXXVII (C. n. 6864: ib.. CXI (C. n. 6871: *Mondragone*). CXII C. n. 6873: *rep. Carinolae*) et C. n. 6877 (*prop Casertam ?*; est viae Appiae ?).

**1390.** (6825). — Imperat(or) Nerva Caesar Augus(tus), | pontifex | maximus, tribunitiae | potestatis | (secundae), co(n)s(ul tertium), (*a*) | pater patriae, | faciendam curavit. | XLIII.

In paludibus Pomptinis. — (*a*) a. 97 post 13 Sept.

**1391.** (6828). — Imperat(or) Nerva Caesar Augus(tus), | pontifex | maximus, tribunitiae | potestatis (decimae), (*a*) co(n)s(ul tertium), | pater patriae, | facien(dam) curavit. | XLIV.

In paludibus Pomptinis. — (*a*) Decimam tribuniciam potestatem Nerva numquam habuit. Titulus est interpolatus.

**1392.** (6820 add.). — Imp(erator) Caesar | Nerva Aug(ustus) Germ(anicus), pontif(ex) max(imus), trib(unicia) | potest(ate tertia), co(n)s(ul quartum), (*a*) p(ater) p(atriae) | sua pecunia const(ituit). Imp(erator) Caesar | Nerva, divi Nervae f(ilius) Traianus Aug(ustus) | Germanicus, pontif(ex) max(imus), | trib(unicia) pot(estate tertia), (*b*) co(n)s(ul tertium), p(ater) p(atriae), constr(uendam) curavit. XXXVIIII.

*Torre di tre ponti*. — (*a*) a. 98. — (*b*) Debuit quarta tribunicia potestas esse, cum consul tertium fuerit a. 100.

**1393.** (6824). — Imp(erator) Caesar Nerva Aug(ustus) Germ(anicus), | pontif(ex) max(imus), trib(unicia) | potest(ate tertia), co(n)s(ul quartum), (*a*) p(ater) p(atriae), | viam a Tripontio ad | Forum Appi ex glarea | silice sternendam | sua

pecunia incohavit. | Imp(erator) Caes(ar) Nerva, divi Nerv[ae f(ilius)] [10] | Trai[a]nus Aug(ustus) | Germ(anicus), p[ont(ifex) m]ax(imus), | trib(unicia) potest(ate), co(n)s(ul tertium), (b) p(ater) [p(atriae)], | consummavit.

Prope Forum Appi. — (a) a. 98. — (b) a. 100.

**1394**. (6826 = EE. 8, 675). — Imp(erator) Caesar | Nerva Aug(ustus) Germ(anicus), pontif(ex) max(imus), trib(unicia) | potest(ate) ..., co(n)s(ul) III, (a) p(ater) p(atriae) | sua pecunia incohavit. | Imp(erator) Cae[s]ar | Nerva, divi N[e]rv[ae] | f(ilius) Trai[a]nus A[ug(ustus)] | Germ(anicus), pont(ifex) [max(imus)], | trib(unicia) pote[st(ate)] ...., co(n)s(ul) I ....] [10], | p(ater) p(atriae), consummavit.

Ad Forum Appi. — (a) a. 97.

**1395**. (6819 add.). — Imp(erator) Caesar, | divi Nervae f(ilius), | Nerva | Traianus | Augustus | Germanicus, | pontifex | maximus, | tribunicia | potestate (quarta), co(n)s(ul tertium), (a) | pater patriae, | refecit.

Ad *Ponte Sisto*. — (a) a. 100.

**1396**. (6823). — .... [*Traianus Augustus* | *Germanicu*]s Dacicus, | pontifex maximus, | tribunicia potestate (decima), (a) | imp(erator quintum), co(n)s(ul quintum), pater patriae, | restituendam curavit. | XLII.

*Case nove nelle paludi del sig. Rapini*. — (a) a. 106.

**1397**. (6853). — Imp(erator) Caesar, | divi Nervae | filius, Nerva | Traianus, | Aug(ustus) Germani[cus] | Dacicus, pontif(ex) | maximus, tribuni[ciae] | potestatis (tertiae decimae), (a) | imperator (sextum), co(n)s(ul) [(quintum)], | p(ater) p(atriae), pontem vetus[tate collapsum [11] | restituit.

« Pertinuisse videtur ad pontem rivuli Monticelli sive Sanciti qui cadit in lacum Fundanum. » *Mommsen*. — (a) a. 109.

**1398**. (6846). — Imp(erator) Caesar, | divi Nervae | filius, Nerva | Traianus Augustus) | Germanicus | Dacicus, | pontifex max(imus), | trib(unicia) pot(estate quartadecima), (a) | imp(erator sextum), co(n)s(ul quintum), p(ater) p(atriae), | sua pecunia [10] | fecit.

*Presso Ponte Maggiore, caduta dal ponte antico*. — (a) a. 110.

**1399**. (6839). — X. | Imp(erator) Caesar, | divi Nervae | filius, Nerva | Traianus Aug(ustus) | Germanicus | Dacicus, | pontif(ex) max(imus), | trib(unicia) pot(estate quarta decima), (a) | imp(erator sextum), co(n)s(ul quintum), p(ater) p(atriae), | XVIIII (b) silice sua pecunia stravit. || XLIII.

Tarracinae. — (a) a. 110. — (b) i. e. decennovium. Decennovium est via a Foro Appi Tarracinam milium p. XIX: ut lapis noster X sit decennovii, XLIII viae Appiae ab urbe. Est pars Appiae qua priore aetate iter navibus magis fiebat quam terra, et posteriore aetate deperiit. Cfr. Mommsen C. p. 683 sq. et infra n. 1412. — Similes sunt lapides V = XLVIII (C. n. 6833: *Mesae*), VI = XLVIIII (C. n. 6834: *ad locum q. d. S. Giacomo*: cfr. 6834).

**1400**. (6827). — Imp(erator) Caesar, | divi Nervae f(ilius), | Nerva Traianus | Aug(ustus) Germanicus | Dacicus, pontif[ex] | maximus, tribu[nic(ia)] | pot[est(ate)] II [..]V, | co(n)s(ul sextum), (a) pat(er) [pat(riae)] | faciund[am] curavit. [10]

Trans Forum Appi. — (a) Consul VI fuit Traianus a. 112.

**1401**. (6908). — Imp(erator) Caes(ar) L(ucius) Septimius | Severus Pius Pertinax | Aug(ustus) Arabic(us), Adiabenic(us), | Parthic(us) maxim(us), pontif(ex) | maximus, trib(unicia) pot(estate nona), (a) | imp(erator undecimum), co(n)s(ul iterum), p(ater) p(atriae), desig(natus tertium), (b) | proco(n)s(ul) et | imp(erator) Caes(ar) M(arcus) Aurelius | Antoninus Pius Augu(stus), | trib(unicia) pot(estate quarta), designat(us) co(n)s(ul), proco(n)s(ul) et | P(ublius) *Septimius Geta, nobiliss(imus)* | *Caesar*, (c) | murum ad defensio n(em) viae vetustate con[labsum restituerunt.

*In un territorio contiguo alla via che da S. Maria conduce a Caserta*. — (a) a. 201. — (b) Notat Mommsen designationes consulatus pu-

blice editas videri esse eo ipso tempore, quo hic titulus incidebatur, inde factum esse ut extra ordinem adscriberetur. — (c) Vocabula erasa.

